fiat igitur fraus, & inducatur, per indirectum donatio per statutum prohibita, affirmatũ fuit fideiussionem quoque sub sta-
16 tuto comprehendi; sicut per eandem rationem sensit Rota de confessione mulieris apud Put.decis.7.& 55.lib.3. Idemque affirmatur in quolibet alio contractu, in quo fraus donationis interuenire posset, Crescent.decis.3.incip. statutum prædictum, de constit.

17 Et in specie, quod cum mulier vigore statuti non posset se obligare sine certis solemnitatibus, nec de iure communi fideiubere simulatè recognouerit bonam fidem, & pecunias recepisse diceretur, vt nõ teneret eius obligatio, fuit decisum
18 in causa Romana pecuniaria die 20. Octobris 1593. in hac enim præcipua recognitione bonæ fidei consistit simulatio, quia re vera mulier ipsa pecunias non recipiebat, sed eodem instanti, vel paulò post ad manus mariti peruenerunt, l. qui sic soluit, ff. de solut.

19 Denique quod contractus mulieris fideiubentis sine solemnitatibus statuti, sit inualidus, censuit Rota in causa Romana fideiussionis die 13. Maij 1596. coram R. P. D. meo Seraph. Rotæ Decano, non obstãte iuramento, quod tanquam per fraudem, & dolum extortũ, ab eodem statuto annullatur, & consequenter, nihil operatur, l. non dubium, C. de leg. Seraph. de priuileg. iuramenti priuil.61. num.11.& 18. Honded.d.cons.45. num.34.

21 Quod verò in casu proposito sub colore quæsito fuerit à Constantia fideiusso extorta, vt pecuniæ ad societatem officij acceptæ, non ad ipsam, sed ad Eugenium maritum peruenirent, multa facilè suadebant, primum quod die 12. Februarij in Banco d. D. de Ceulis reperiebatur hæc partita notata scut. 470. *di moneta pagati alla Sig. Constantia Cotia, & di suo ordine al Sig. Mutio Eugenij suo consorte*, ex quibus verbis apparebat Constantiam nudum nomen habuisse, pecunias autem ad maritum peruenisse.

Secundum, quia ex partitis eiusdem banchi, constabat multas partitas fuisse solutas ex or-
22 dine, & mandato Eugenij, & positas, & descriptas ad computum ipsius Eugenij.
23 Tertium, quia prædium ad quod colendum pecuniæ dicebantur

bantur acceptæ, quod erat rubrorum 40. non indigebat tam magnis impensis, imò inde colligebatur pecunias cessisse in mariti vtilitatem; cum Constantia idem prædium Mutio marito pro dote dederit in solutum, pro pretio scutorum 6000. Vnde cum in dominium mariti translatum fuerit, non poterant pecuniæ cedere in vxoris vtilitatem.

Nec ad rem pertinebat querela Marci Antonij Cibi dicentis se fuisse deceptum, quia sibi imputare debuit quod non curauit habere releuationem indemnitatis à Domina Constantia cum solemnitatibus requisitis.

Atque ex his fuit cōclusum, mandatum Auditoris Cameræ fuisse reuocandum.

ILLVSTRISS. MILLINO.

Romana Societatis. Vener. 23. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non debentur post venditionem officij, siue creditor sciuerit, siue ignorauerit.*

2 *Per venditionem officij, societas dissoluitur.*

3 *Societate dissoluta, remanet purum mutuum, ex quo non possunt percipi fructus, non obstante pacto.*

4 *Ignorantia venditionis officij, non operatur quod societas duret.*

5 *Vendito officio competit creditor. actio pro interesse.*

6 *Post venditionem officij, non potest amplius euenire damnum neque lucrum, & propterea non debentur fructus.*

7 *Vsuræ possūt repeti, etiam quòd fuerint spontè, ac scienter solutæ.*

8 *Quando potest sumi alia præsumptio, quā donationis soluens scienter indebitum, potest solutum repetere.*

9 *Certiorare socium non est necesse, quando Officialis vendit officium.*

10 *Ex venditione officij non resultat socio præiudicium considerabile.*

11 *Socius sibi imputet, si non inquirit, an societas duret.*

DECISIO IIII.

Domini circumscripserunt in præsenti disputatione caput scientiæ vel ignorantiæ Illustrissimi D. Ioan. Baptistæ venditio-

ditionis officij & concluserunt, quod siue sciuerit, siue ignorauerit fructus ei non debeantur post venditionem officij. Fun-
2 damentum resolutionis fuit, quia per venditionem officij societas dissoluitur l. verum, §. vlt. ff. pro socio, §. soluitur. instit. eod. tit. & dissoluta societate cessat periculum vitæ & amissionis sortis principalis & remanet purum & merum mutuum ex quo circa vsuram non pos-
3 sunt percipi fructus, non obstante pacto, vel consuetudine in cōtrarium, vt fuit resolutum in causa Rom. societatis coram Card. Lancellotto 28. Aprilis 1570. & in alia Rom. societatis 10. Maij 1578. coram Illustrissimo Cardin. Blanchetto, & in causa Rom. duorum millium 3. Iunij 1575. coram Cotta, & sæpissimè in alijs causis. Et distinctio quæ fit per Modernos, & hic per informantes inter scientem & ignorantem, non habet aliquod fundamentum, quia ignorantia venditionis officij non operatur
4 quod societas duret, Alex. cōs. 60. num. 1. & 7. lib. 7. & dissoluta societate, militat eadem ratio, quod cessat periculum amissionis capitalis, propter quod periculum solum sustinentur societates officiorum & licitè percipiuntur fructus & remanet purum mutuum, & consequenter non possunt per-
5 cipi fructus, sed solum in hoc casu competit actio ad interesse probatum verè & concludenter & non præsumptiuè. iuxta doctrinam Pauli de Castro in l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loco, quam Rota firmat, vt per Put. dec. 232. lib. 1. Mohed. dec. 208. Verall. decis. 7. lib. 3. in manuscr.

Non obstant tex. in l. sed & socius §. si absenti, & in l. actione, §. item si alicuius, ff. pro socio, quia in specie illorum textuum societas est finita licet vnus ex socijs ignoraret dissolutionem. Bar. & Bal. in d. §. si absenti. idem Bart. & Fulgos. in d. §. item si alicuius. Alex. dict. consil. 60. num. 1. & 2. Et quæstio solum est de damnis, & lucris et alijs gestis medio tempore, inter dissolutionem societatis, & scientiam alterius socij. Et ista quæstio cessat in hac specie, quia post venditionem
6 officij, non potest amplius alicui ex socijs obuenire damnum neque lucrum cum cesset periculum amissionis sortis principalis,

palis, ex parte dantis, & ex officio vendito, super quo solum est contracta societas, alius socius non possit amplius percipere vllos fructus.

Non obstat quod cũ isti fructus fuerint soluti spõtè à sciente illos esse indebitos, non possunt amplius repeti, l. 1. ff. de cond. indeb. cum aliis allega-
7 tis, quia hoc non habet locum in vsuris, quæ possunt repeti etiam quod fuerint scienter, & spontè solutæ, Bart. in l. si non sortem, §. si quis falso. ff. de cond. indeb. Ias. in d. l. 1. sub n. 12. vers. 5. limita. Dec. in l. cuius per errorem, n. 4. ff. de reg. iur. Et tanto magis; quia ista solutio, non fuit facta ab Episcopo animo donandi sed ad effectum differendi restitutionem summæ satis notabilis scu tor. duor. mil. sortis principalis, quam tunc non habebat in
8 promptu, vt probatur ex suis literis. Et quando potest sumi alia præsumptio, quam donationis, soluens scienter indebitum potest repetere. Bald. in d. l. 1. in fin. & ibi Ias. in 4. limit. Dec. in d. l. cuius per errorem, num. 2.
9 Non obstat quod esset in potestate recipientis pecunias ad societatem vendendo officium post contractam societatem, sine certioratione socij eum priuare fructibus societatis, quia certioratio non est necessaria. Alex. d. cons. 60. n. 2. Et ex ista venditione non resul-
10 tat aliquod præiudicium considerabile cum non currat amplius periculum amissionis sortis principalis, & is qui dat pe-
11 cuniam facilè possit certiorari, an societas duret vel ne, & ea dissoluta repetere sortem principalem, & ideo imputare sibi debet, si est negligens in perquirendo an societas duret.

ILLVST. LANCELLOTTO.

Romana societatis officij. Lunæ 2. Iunij 1608.

SVMMARIVM.

1 Ex contractu quem non impleuit ex parte sua nemo lucrum consequi potest, & numer. 14.

2 Societas officij non lucratur per eum, qui fideiussores præstare tenebatur, si non præstitit.

3 Terminus ad soluendum dotem, currit à die matrimonij, & num. 6. & speciale in dote, num. 7.

Ter-

4 *Terminus ad soluendum pretium infra annum intelligitur à die consignationis rei emptæ, & est speciale.*

5 *Dos non potest esse, sine matrimonio.*

8 *Præsumptio cessat, quando constat de contrario.*

9 *Contracturus, vt non aliter quis esset, qualiter probetur.*

10 *Verbũ proximior denotat extremitatem temporis.*

11 *Obseruantia subsecuta declarat, qualiter fuerit animus contrahentium.*

12 *Pactum in instrumento appositum operatur, quoad partem obseruantis, & adimplentis, non autem ad fauorem non adimplentis.*

13 *Moræ purgationi non est locus, præstando interesse, quando tractatur de acquirendo.*

DECISIO V.

CVm Domini de Sorbellonibus nõ dederint in fideiussorem Mercatorem prout conuenerant, & pro eorum parte non adimpleuerint; Domini resolue runt non fuisse locum lucro pecuniarum, ac inde man-
1 datum ab A.C. relaxatum fuisse exequendum, cum non possint se fundare in pacto, nec iuuari contractu vltro citroque obligatorio, neque lucrum facere ex instrumento, quod non obseruauerunt l. 1. §. offerri, ff. de action. empt. l. cum proponas la 2. & ibi Dec. & alij C. de pactis, & in istis terminis, quod
2 is qui non præstitit fideiussiones promissas non lucretur pecunias per obitum illius super cuius vitæ periculo inita erat societas, fuit resolutum in causa Romana duorum millium 19. Martij 1574. & in alia Romana societatis 9. Iulij 1584. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino.

Neque obstat quod cum obligatio dandi fideiussiones esset pro fructibus soluendis & cum fructus primi semestris essent soluti, promissio de illos præstando infra duos menses debeat intelligi primo semestri, l. Tali, ff. de Iur. Dot. vbi terminus ad soluendum dotem cur-
3 rit à die matrimonij, sicut ter-
4 minus soluendi precium infra annum intelligitur à die consignationis rei emptæ cum alijs similibus exemplis, tum quia in dictis casibus terminus soluendi dotem non poterat incipere

ante-

antequā fieret nuptię not.Bald.
in antiqua lectura illius l. cum
5 Dos non sit sine matrimonio,&
6 propterea talis capienda est in-
terpretatio, vt fuit resolutum in
causa Romana fideiussionis de
7 repræsentando 18. Maij 1607.
coram R.P.D.meo Marcomon-
tio, vbi etiam fuit dictum quod
dispositio dictæ l. tali est spe-
cialis in dote sic etiam in casu
emptionis, & venditionis dies
solutionis pretij non venit, nisi
postquam res empta sit consi-
gnata, ne aliàs quis retineat rē,
& pretium, quæ ratio cessat in
casu nostro,quia dans pecunias
voluit sibi cauere in futurum,
vt adueniente secundo seme-
stri esset tutus, neque alias fuis-
set contracturus, tum quia præ-
dicta conclusio est fundata in
8 verisimili mente contrahētium,
& si de contrario constat ces-
sat illa præsumptio Vinc. de
Franc. decis. 354.nu.1. vers.ni-
hilominus hæc opinio; In casu
autem nostro ex verbis instru-
9 menti clarè constat de mente
dantis pecunias, & quod aliàs
non fuisset contracturus, nàm
expresè conuenit, quod pro
solutione fructuum tantùm du-
rante societate daretur intra
duos menses proximos aliquis
mercator, & patet quod mens
contrahentium fuit dare, & re-
cipere fideiussorem pro fructi-
bus infra duos menses à die ce-
lebrati cōtractus, nam verbum
proximos designat extremita-
tem prioris temporis, scilicet
temporis factæ obligationis, §.
10 pupillus Inst.de inutilib.stipul.
Bal.cons.246. numero 2. lib.5.
& dictio intra includit tantum
sua extrema, & excludit ea,quæ
sunt intra Socc. cons. 211. in
principio lib. 2. & faciunt tra-
dita per Gemin. cons. 121. at-
tenta forma statuti numer. 7. &
docuit obseruantia subsequu-
11 ta, nàm statim sequuto obitu
Ioannis Baptistæ non expecta-
to secundo semestri datus fuit
fideiussor, quod intendit partes
non sensisse, quod præstaretur
finito primo semestri Castren.
cons. 314. in fin. & cons. 347.
col. fin. lib.1. Aym. cons. 211.
num. 8. Nec releuat quod di-
citur dilationem concessam re-
spectu certæ causæ non incipe-
re currere, nisi illa causa inci-
piat, quia licèt solutio fructuū
secundi semestris non incipiat,
nisi lapso primo, voluit nihilo-
minus sibi prospicere infra
duos menses; Et quamuis po-
tuisset societas non durare, nisi

pro

potuit esse locus lucro pecuniarum sicut non applicantur, quæ deducuntur de pœna, cum non prætendatur incursus alicuius pœnæ, sed solum defectus non implementi in tempore conuento, itaut qui non adimpleuit ex parte sua, non potuit se iuuare pactis, & commodo contractus iuxta terminos l. Iulianus §. offerri, ff. de actio. empt. & l. cum proponas, l. 2. C. de pact. cum vtrobique notatis.

ILLVSTRISS. LVDOVISIO.

Romana societatis officiorum. Lunæ 12. Nouembr. 1601.

SVMMARIVM.

1 Tutor potest obligare pupillum, etiam in societatibus officiorum quando pecuniæ fuerunt acceptæ pro vtilitate pupilli.

2 Versio pecuniarum in vtilitatem pupilli probatur, quando aderat necessitas expendendi, & constabat penes tutorem alias pecunias non existere.

3 Quod procedit quando intercessit breue tempus.

4 Tutor qui non confecit inuentarium licet possit vti suspectus remoueri, illius tamen gesta tenent.

5 Quod præsertim procedit, quando tutor publicè, & palam pro tutore se gerebat.

6 Amplia dictam conclusionem præsertim procedere, quando tutor absque confectione inuentarij, gessit negotium quod celeritatẽ desiderabat.

7 Decretum mãdans aliquid fieri, præstita cautione, illa non præstita euanescit.

8 Decretum Iudicis cum intimatione, illa non subsecuta non afficit.

9 Tutor dicitur rectè accipere pecunias ad interesse pupilli absque eo, quòd seruet solemnitates statutarias, quando constat de versione in vtilitatem pupilli.

10 Pupillus sub prætextu non obseruatarum solemnitatum, quando constat de versione in eius vtilitatẽ, nõ debet locupletari cum alterius iactura.

11 Tutori licet dicatur ipso iure interdicta administratio, & cum eo non debeat amplius contrahi, quando fuit suspectus allegatus, id tamen procedit, quando ad contrahentium notitiam probetur id deuenisse.

DECISIO VI.

DOmini resoluerunt potuisse
Gomesium obligare pupil-
1 lum in societatibus officiorum
de quibus agitur, cum pecuniæ
acceptæ fuerint in vtilitatem
pupilli erogatæ l. Tutor. in prin.
ff. de pignor. act. l. si in re. C.
quando ex fact. Tut. glos. in l. si
is, qui in prin. in verb. obligari,
& ibi Bart. ff. de pignor. act.
Accepit enim Gomesius huius-
modi pecunias pro secat. instan
tis messis, & secundum calcu-
lum periti de consensu partium
per Iudicem deputati iuncta
fide nobilium Roman. quod nō
extabant in manibus Tutoris
2 tot pecuniæ, quod sufficerent
pro recollectione quo fit vt stan
te indigentia pecuniæ & recol-
lectione subsecuta satis proba-
tur pecunias versas in vtilita-
tem pupilli. Bald. consil. 253.
num. 2. lib. 3. Federic. de Sen.
cons. 119. num. 4. Rom. in l. Ci-
uitas sub n. 8. vbi etiam Alex.
sub num. 11. & 12. ff. de priuil.
3 credit. præsertim propter bre-
uitatem temporis, quæ inter-
cessit d. l. si ventri, §. fin. vbi
Bart. in princ. Ripa numer. 10.
Ang. in l. fin. vers. hoc autem
limita. C. de pign.

4 Non obstat quod obijcitur
Gomesium non fecisse inuenta-
rium, & alia solemnia quia nihi-
lominus tutor erat, & gesta per
ipsum tenebant licet potuisset
vt suspectus remoueri, Bart. in
l. Tutor, qui repertorium sub
num. 7. vers. contrarium puto,
ff. de admin. tut. Salicet. in l. Tu-
tores, sub num. 7. vers. aut inte-
rim administrat, C. eod. tit. Ab-
bas in cap. exp. nu. 6. vbi etiam
Dec. n. 22. de appell. Cuman.
cons. 10. circa med. vers. & hoc
voluit Bart. Alex. cons. 86. nu-
mer. 8. lib. 1. Ruin. cons. 59. nu-
mer. 6. lib. 5. Abb. cons. 21. nu-
mer. 2. Put. decis. 287. lib. 1.
5 Quod eo magis procedit cū
Gomesius palā, & publicè ad-
ministraret, & pro tutore se ge-
reret Socc. cons. 153. n. 3. lib. 2.
Chissan. decis. 192. Caputaq.
decis. 223. parte 3. Acco-
romb. decis. 18. lib. 2. Et fuit
dictum in vna Romana lucri
dotis coram Cantuccio 13.
Decembr. 1588. & in vna Fo-
roliuien. iurispatronatus die
25. Octobris 1599. coram
R. P. D. meo Lancellotto præ-
sertim in negotio quod non so-
lum concernebat commodum
6 pupilli sed etiam celeritatem
desiderabat ne messis iam ma-

tura periret. Bart. in l. legitimos in fine, ff. de legit. Tut. Bald. in l.fi.in princ. C. de Tut. & Curat. Salicet. in l. Tutores in fine C. de administrat. Tut. DD. in dicto cap. ex parte num. 21. Ruin. consl. 108. numer. 13. lib. 1. Thom. de Tan. decis. 28.

7 Non obstat quod Gomesio fuerit datus adiunctus quia fuit datus sub cōditione quod præstaret cautionem qua non præstita decretum euanuit l. hæc

8 venditio in princ. ff. de per. & comm. rei vend. & cum decretum fuisset factum cum intimatione quæ non reperitur facta non afficiebat ipsum Gomesium. Put. decis. 374. lib. 4. Ioan. Paul. decis. 121. cum nec etiam appareat ad eius notitiam deuenisse. Caputaqu. decis. 322. num. 4. par. 2.

Nec obstat quod non interuenerit decretum Iudicis, & aliæ solēnitates statutariç, quia

9 placebant Dominis responsiones datæ per informantes præsertim stāte versione in vtilitatē pupilli l. vtere, & l. prædic. §. empt. C. de præd. min. ne alias

10 pupillus cum aliorū à iactura, & damno locupletetur l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. c. locupletari, de reg. iur. in 6. ex quibus etiam tollebatur quod pendente accusatione suspecti fuisset ipso iure interdicta administratio Gomes. vltra quod istud esset verū si interuenisset

11 scientia illorum qui dederunt pecuniam l. quod si facti, §. primo vers. idem dico, & si sciens ff. de solut. cætera tolluntur per informantes.

R. P. D. PAMPHILIO.

Romana fructuum, & interesse. Mercurij 10. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Disdicta societate cessat periculum vitæ, & amissionis sortis principalis in tantum quod remaneat purum mutuum.*

2 *Fructus post disdictam citra vsuram percipi non possunt.*

3 *Interesse non debetur, quando non probetur verè, & concludenter.*

4 *Protestatio, seu declaratio, quod creditor intendit inuestire pecunias sibi debitas in bonis, quæ habet parata ad emendum non sufficit ad effectum*

fectum vt debitor teneatur ad interesse, etiamsi de occasione inuestiend. constaret, ex fide proxeneta.

5 *Dicta protestatio seu declaratio, non dicitur legitimè facta per procuratorem non habentem speciale mandatum; ex quo consistunt in animo ipsiusmet principalis.*

6 *Citatio ad dicendum contra supradictam protestationem, requiritur personalis, non autem dimissa copia.*

7 *Fides proxeneta de qua supra est de necesse recognoscenda.*

8 *Ad effectum, vt debeatur interesse non solum est probandum quod creditor voluerit emere ex pecunijs sibi debitis, sed etiam, quod ob illarum non solutionem non potuerit.*

9 *Stylus A. C. quod factis diligentijs & mãdato expedito soluantur fructus quinque, vel sex pro centenario reprobatur.*

10 *Rota semper secuta est opinionem, quod vltra moram requirãtur alia requisita iuxta doctrinam Pauli de Castro ad hoc vt debeatur interesse.*

11 *Quilibet tenetur ad restitutionem eius in quo alium damnificauit.*

12 *Damnum creditoris non probatur ex simplici mora debitoris, & quare.*

13 *Stylus A. C. seu consuetudo in vsuris, nihil operatur, nisi concurrant requisita iuxta doctrinam Pauli de Castro.*

DECISIO VII.

FVit resolutum non deberi fructus, nec interesse, & quo ad fructus ex eo moti sunt Domini, quia postquam pro parte D. Balthassaris fuit disdicta societas officij,
1 cessauit periculũ vitæ, & amissionis sortis principalis, & remansit purum mutuum, ex quo citra vsuram fru-
2 ctus percipi non possunt, vt fuit pluries in Rota decisum. Quò verò ad interesse, fundamentum resolutionis fuit, quia in
3 casu isto illud non probatur verè, & concludenter prout requiritur iuxta doctrinã Pauli de Castro in l. 3. §. vlt. ff. de eo quòd cert. loc. quam Rota seruat. Put. decis. 237. lib. 1. Mohed. dec. 208. Verall. decis. 2. lib. 3. in manuscr. & fuit dictum in causa Romana societ. offic. 23. Iunij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Millino; licet enim

enim pro parte dicti D.Balthaſ-
ſaris, fuerint factæ pluries dili-
gentiæ pro conſequenda ſorte
principali, ac illæ intimatæ fue-
runt DD.de Creſcẽtijs, & alijs
debitoribus, cùm proteſtatio-
ne,& declaratione, quòd D.Bal
4 thaſſar intendebat inueſtire pe-
cunias ſibi debitas, in tot locis
montium: quæ habebat parata
ad emendum, vt ex fide proxe-
netarum tunc producta: huiuſ-
modi tamen proteſtatio, viſa
fuit minus legitimè facta, tam
5 ex parte D. Balthaſſaris, cuius
procurator non conſtat quod
haberet mandatum ſpeciale,
prout requiritur in his, quæ cõ-
ſiſtunt in animo ipſiuſmet prin-
cipalis, Rebuff. ſuper conſtit.
Gall.tom.3. tit. de reſponſ.nu-
mer.15. Alex. conſ.78. nu.14.
lib.5.quam etiam ex parte cre-
ditorum, quia fuit facta citatis
debitoribus domi dim.copia cũ
tamen adeſſent procuratores,&
deputati creditorum, de quo-
rum intereſſe agebatur, qui
propterea in his valdè præiudi-
6 cialibus, erant perſonaliter ci-
tãdi, non autẽ domi dim.copia
c.cauſam, & ibi Abb. nu.5. de
dol. & contum. Anchar. in cle-
ment. 1. num. 5. ad fin. de Iud.
Matth.ſing.132, num.6.& ſeq.
7 nec præfata fides fuit recogni-
ta, prout eſt neceſſe, Gemin.
conſ.15.num.16. Ant.Auguſt.
in deciſ. relat. inter impreſſas
1156. nu.1. in fin. lib.3. par.3.
diuerſ.

8 Præterea conſiderabant Do
mini, quod ad iſtum effectum,
non ſolum eſt probandum,
quòd D. Balthaſſar voluit eme-
re dicta loca montium ex pecu-
nijs ſibi debitis, ſed etiam quòd
ob illarum non ſolutionem illa
emere non potuerit, prout re-
quiritur ex doctrina Pauli de
Caſtro in d.l.3.§.fi. de eo quòd
cert. loc.& tradit Mohed.d.de-
ciſ.208.in fin.

9 Non placuit Dominis, quòd
dicebatur factis diligentijs per
creditores,& mandato expedi-
to poſt diſdictam poteſt exigi à
debitore moroſo intereſſe, ad
rationem quinque, vel ſex pro
centenario iuxta ſtylum A. C.
cum alijs adductis per Acco-
10 ram.in eius voto, Quia Rota
ſemper ſequuta fuit opinionẽ,
quòd vltra moram requiran-
tur copulatiuè alia requiſita,
iuxta doctrinam Pauli de Ca-
ſtro, à quo non diſſentit, immo
vt dicitur in dicto voto concor-
dat S. Thomas ſecunda ſecun-
dæ quæſt. 28. art. 2. verſ. ad

11 primum: quia licet, vt ipse dicit, quis teneatur ad restitutionem eius, in quo alium damnificauit, non tamen sequitur, quòd eo ipso quòd debitor est in mora soluendi, damnificet
12 creditorem, quia potest esse, quòd etiam, si creditor pecunias habuisset, vel noluisset eas inuestire, vel non habuisset occasionem: & propterea Rota semper voluit, quòd ad istum effectum præter diligentias creditoris, seu moram debitoris, concurrere etiam debeant alia requisita, iuxta doctrinam Pau-
13 li de Castr. sine quibus certum est, quod stylus A. C. seu consuetudo in vsuris nihil operatur, c. quia in omnibus, & ibi Glos. verb. mult. de vsur. cum alijs adduc. in istis terminis in causa Romana societatis 2. Iulij 1570. coram bo. me. Card. Lancillotto, & in alia Romana societ. 20. Maij 1602. coram Illustris. Card. Millino.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Romana anterioritatis. Lunæ 23. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior auocat à posteriore creditore.*

2 *Obligatio repetita in secunda societate intelligitur repetita cum priuilegio anterioritatis, maximè quando est facta reseruatio prioris obligationis.*

3 *Protestatio quod non intendit liberare obligatos à prima obligatione fieri potest. & num. 4.*

5 *Protestatio contraria facto dicitur, quando totum factum destruit, secus vbi tendit ad limitationem.*

6 *Acceptatio noua oblig. est necessaria ad hoc vt liberetur à prima.*

7 *Protestatio, quod non intendit recedere à priori obligatione sufficit, quod fiat in actu extraiudiciali.*

8 *Præseruatio non tribuit ius de nouo, sed solum conseruat antiquum.*

9 *Cessionarius succedit in locum cedentis, etiam in executione oblig. Camer.*

DECISIO VIII.

Domini dixerunt mandatum A. C. ad fauorem Damiani esse exequendum quia constat de illius iustitia stante obligation. Camer. Dominici de resti-

restituendo ad omne mandatum Domini pecunias habitas prioribus, & potioribus creditoribus de Rubeis, qualis est Damianus cessionarius Amodei, qui ratione Societatis ini-
1 tæ de anno 1584. est illorum creditor prior Dom. l. potior, & l. creditor. ff. de his qui pot. in pign. Bal. in l. si fundum eod. tit. Neque obstat quod præfata societas fuit renouata per aliam factam de anno 1586. in extinctionem primæ obligationis, quia obligationes, & hypotecæ repetitæ in secunda societate intelliguntur cum priuile-
2 gio anterioritatis, l. 3. & ibi Bar. ff. qui pot. in pign. hab. Neguss. de pigno. memb. 3. par. 8. nu. 7. maxime quia in hoc casu Amodeus in actu quietationis, hoc sibi expressè reseruauit, & protestatus fuit nolle liberare
3 obligatos in prima, donec de secūda sibi fuisset satisfactum, quod facere potuit, l. si debitor §. in venditione, ff. quibus modis pign. vel hypo. solu. Glos. in l. eleganter. in vers. pro soluti, Salicet. in l. libera in tertia appositione, & ibi glos. in vers. prohiberi, C. de sent. Alex. cons. 190. num. 22. lib. 2. Gozad. cons. 38. num. 2. Veronen. Caut. 123. fuit resolutum coram bo. me. Bubalo in causa Senogallien. prædij 19. Nouembris 1583. & sæpius in pluribus alijs causis.

Non obstat quod ista protestatio videatur contraria facto quia nulla cōtrarietas oritur ex præseruatione prioris hypotecæ in acceptatione secundæ societatis, quam Amodeus accepit in solutum sub ipsa con-
4 ditione, vt non dicatur recessum ab antiqua hypotheca, nisi quatenus sequatur satisfactio ex secunda societate. Alexan. cons. 130. sub num. 13. vers. nec obstat si diceret lib. 4. & tenuit Rota in dicta Senogallien. vbi,
5 quod tunc protestatio dicitur contraria, quādo totum factum destruit, secus vero, vbi tendit ad limitationem actus prout hic, quod saluæ maneant priores hypothecæ, donec secunda societas sit soluta.

Non obstat quod ista protestatio sit facta postquam per creationem secundæ iam fue-
6 rat extincta prima quia necessaria erat acceptatio Amodei; Alex. cons. 105. num. 5. & fuit dictum in vna Romana societatis 17. Febr. 1581. coram Illustrissimo Card. Blanchetto,

& sic secunda non potuit causare extinctionem primæ, nisi post acceptationem, quæ inquietantia fuit facta cum ex-
7 pressa protestatione prioris hypothecæ, donec sibi fuisset satisfactum de secunda, & quamuis in ratificatione secundæ societatis ista protestatio non fuerit repetita, non obstat quia non erat necessaria, & sufficit, quod in actu extraiudiciali semel facta fuerit. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipso prætori, num. 6. ff. de nou. oper. nunc. Put. decis. 218. num. 1. lib. 2. Mohed. decis. 2. de iud. cum vulg.

Non obstat, quod secunda societas fuit facta absentibus obligatis in prima; quia ijdem DD. de Rubeis qui erant principales, & ad quos pecunia peruenerat, erant etiam obligati in prima, & sufficit quod ista protestatio fuerit facta in quietatione ipsis facta, & in actu acceptationis secundæ societatis, etiam quod obligati in prima non essent præsentes cum hoc pendeat à sola voluntate reseruantis, qui noluit acceptare secundam, nisi cum præseruatione iuris sibi competentis, tantum ex prima donec fuerit sibi satisfactum de secunda, & alias cogi non poterat quia in aliquo non lædebantur obligati in
8 prima, cum præseruatio non tribuat ius de nouo, sed solum conseruet antiquum, l. si quis ita legauerit, cum ibi notatis, ff. de leg. 1. Dec. cons. 516. nu. 19. Aym. cons. 29. num. 8.

Et ex his cóclusum pro executione mandati ad fauorem
9 Damiani cessionarij qui succedit in locum cedentis l. emptore cum ibi not. C. de hæred. vel act. vend. etiam quo ad exequutionem oblig. Camer. Paris. cons. 107. num. 89. & sequ. lib. 3. Gales. de oblig. Cam. par. 2. q. 2. in princ. & in tit. de person. pet. execut. nu. 1. & tenuit Rota coram bo. me. Gipsio 4. Iunij 1591. in vna Romana de Ferrac.

R. P. D. PENIA.

Romana societatis officij. Lunæ 17. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ex falsa causa interpositum est nullum, etiam ipso iure, num. 4.*

2 *Prædium datum in dotem viro ex-*

extimatum transit in dominium ipsius viri.

3 *Mulier accipiens pecuniam ad societatem officij, pro soluendo prædio dato in dotem viro non obligatur quia cultura ad mulierem non spectat.*

DECISIO IX.

DVbitaui an sustineretur obligatio D. Constantiæ Coptiæ quæ in societate scutorum 300. auri contracta ad fauorem equitis Lucandij, cui se in solidum obligarunt D. Marcus Cibus, & Eugenius, & D. Constantia Mutij vxor & erga officialem bonam fidem recognoscens, tam ipsum quam fideiussores indemnes releuare promiserat cum Curatoris præsentia, & Iudicis decreto, iuxta statut. Vrbis lib. 1. cap. 151. cum declaratione tamen in ipso decreto apposita, quod pecuniæ inseruire deberent pro colendo quodam prædio, sito in territorio Brachiani, & Rota, D. Con-
1 stantia tantum informante, non sustineri eius obligationem censuit, ex eo potissimum fundamento, quia causa propter quã Iudex interposuerat decretum, erat falsa, videlicet quia indi-
2 gebat pecunia pro colẽdo quodam suo prædio sito in territorio Brachiani, nam cum ipsa id prædium marito in dotem dedisset, pro pretio scutorũ 6000. & consequenter in mariti dominium transiuisset l. si prædium C. de euiction. Soccin.
3 cons. 69. numer. 15. lib. 4. Bero. cons. 63. num. 5. lib. 3. Cephal. cons. 351. numer. 13. & seq. ad maritum non ad vxorem spectabat prædium colere, vnde licet pecuniæ in coltura prædij fuissent collocandæ, cum prædium esset mariti, vt fuit etiam dictum in alia decisione facta super alia societate, die 4. Februarij proximè præteriti; non poterant dici acceptæ, aut con-
4 uersæ in eius vtilitatem, data itaque falsitate causæ decretum Iudicis fuit ipso iure nullum. Alex. cons. 69. nu. 3. lib. 3. Roman. cons. 454. num. 9. vers. tertio principaliter. Corn. cons. 132. num. 12. vers. & decretum lib. 2. Ruin. cons. 160. num. 27. in princ. lib. 2. & consequenter Constantiæ obligatio non poterat substineri.

IL-

ILLVSTR. LANCELLOTTO.

Romana societatis Merc. 10. Decembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Figuratio casus.*
2 *Habens facultatem ex pacto nominandi potest intra tempus quãdocunque nominare.*
3 *Qui iure suo vtitur, nemini facit iniuriam.*
4 *Neque in eo dolus considerari potest?*
5 *Nec dicitur nominatio dolosa, & in fraudem, licèt sit facta à grauiter ægrotante.*
6 *Iudicio Medici recurrendum est, an infirmitas sit periculosa.*
7 *Infirmitas verisimiliter, non creditur periculosa, quando ægrotans non est confessus sua peccata.*
8 *Non consideratur fraus, quando nominatio fit ab eo, qui non dubitat de morte.*
9 *Et in hoc attenditur potius eius opinio, quam veritas.*
10 *Infirmitas sola licet periculosa, non est sufficiens ad inducendam suspitionem fraudis, nisi cum illa concurrant aliæ coniecturæ.*
11 *Imminentia mortis arguit potius desiderium salutis, quam illius fraudis cognitionem.*
12 *Fraus, neque dolus probatur ex eo, quòd nominatio fiat ne pecuniæ amittantur.*

DECISIO X.

Die 14. Februarij præsentis anni 1598. inita fuit societas scutorum 2500. ad fauorem bo. me. R. P. D. Ricci super periculo vitæ personæ seu personarum in ratificatione dictæ societ. infra 15. dies nominan. & interim periculo vitæ eiusdem R.P.D.Ricci in forma.

Eadem die officialis mandauit dictas pecunias solui Domino Equiti de Crescentijs, qui eas deinde recepit.

Die 21. eiusdem mensis Riccius ratifican. societatem nominauit periculum vitæ Illustrissimi & Reuerendissimi D. Card. Aldobr. & demum die 26. ex hac vita migrauit.

1 Verum quia dubitatur an dictus eques talem societatem lucratus fuisset, ex quo d. Riccius tempore nominationis grauiter ægrotabat, & post 4. dies decessit, ita vt nominatio non sustineretur tanquam facta

cta in fraudem D. Equ. Ideo dubio huiusmodi per me in Rota proposito DD. censuerunt
2 non esse locum lucro pecuniarum, quia cum D. Riccius ex pacto haberet facultatem nominandi infra 15. dies poterat durante illo tempore quandocunq; nominare l. quod ius, ff. de act. & oblig. l. stipulatio ista, §. inter certam, ff. de ver. oblig.
3 & qui iure suo vtitur nemini iniuriam facit l. iniuriam, ff. de iniur. cap. cũ Ecclesia de elect.
4 neque in eo dolus considerari posset l. nullus ff. de reg. iur. cum simil.
5 Nec obstat quod cum nominatio ab ipso grauiter ægrotante facta fuerit, dicatur facta dolo & in fraud. d. Equ. per ea, quæ tradunt Canonistæ in c. 2. de renunc. in 6. Legistæ in l. filiæ ff. solut. matr. quoniam fuit responsum quod nullus ex testibus deponit, quod D. Riccius dubitasset de sua salute, vel sciret infirmitatem esse periculo-
6 sam imò Medicus cuius iudicio recurren. esse dicit Anton. cons. 388. n. 2. secũdus prçterea cõtrariũ deponit, & tertius deponit se non credere, quod vnquam de tali periculo fuerit cer-
7 tioratus. Quod etiam est valde verisimile cum ante nominationem peccata sua non fue-
8 rit confessus, & tamen ad hunc effectum deberet probari eius scientia: nam cum nominatio ab ipso facta fuerit non potest considerari fraus, si ipse de mor-
9 te non dubitabat, & in hoc attenditur potius eius opinio quã veritas l. is qui parat, ff. de acq. hæred. l. quo loco, §. 1. vbi Imol. ff. de hæred. inst. Aym. consil. 88. nu. 15. & hoc videtur fuisse de mente DD. in causa Romana societ. 20. Iunij 1583. coram Illustrissimo Card. Blanchetto in contrarium allegat. vbi in fine fuit dictum quod licet de illa infirmitate dicta Clarix decesserit, tamen constitit quod tempore factæ nominationis ipsa non habebat infirmitatem pro tali, vt ita de facili potuisset mori.
10 Secundo fuit dictum, quod sola infirmitas periculosa non est sufficiens ad inducendam suspicionem fraudis nisi cum illa concurrant aliç coniecturç, Aegid. decis. 344. Rot. in antiquis decis. 2. de præsumpt. & ita loquuntur DD. in d. cap. 2. de renunc. in 6. vt declarat ibi Gem. sub nu. 5. Ioa. And. in fin. Anchar. d. cons. 388. nu. 3. Sarnen.

nen. in reg. de infir. q. 19. nu. 2. Dec. in c. præsent. num. 209. de probat. & hanc esse comm. opin. testatur Paris. cons. 13. num. 68. & cons. 14. num. 35. & seq. vol. 1. Gabr. de legitimat. concl. 2. num. 59. Bursat. cons. 40. num. 63. & 70. nam imminentia mortis arguit potius desiderium salutis, quam illius fraudis cogitationem not. DD. in l. sed, & quæsitum, ff. de lib. & posthum.

12 Neq; fraus probatur ex eo, quod nominatio fuerit facta, ne pecuniæ amitterentur, neque ex hoc potest allegari dolus cũ facultas semper reseruatur ad effectum ponendi pecunias in capite alterius de cuius longa vita magis confidendum sit, alias sequeretur quod neque ab infirmo leui infirmitate possit fieri nominatio cum & in illo casu fiat ad hunc effectum & tamen hoc ab omnibus admittitur.

Non obstant decisiones coram Illustr. D. Blanchetto de annis 1582. & 1583. in causa Romana societatis; quia de illo tempore nominatio poterat fieri quandocunque hodie vero cum sit restricta ad 15. dies est diuersa ratio, nam tunc poterat differri nominatio vsque ad periculum mortis, & sic cessaret periculum, quod facit contractum licitum, quod hodie cessat stante breuiss. tempore 15. dierum, quo elapso non potest amplius fieri nominatio.

ILLVSTRISS. MILLINO.

Romana societatis officij. Lunæ 20. Maij 1602.

1 *Societas officij, vltra valorem illius non sustinetur.*
2 *Et remanet purum, & merum mutuum, in quo non cadit perceptio fructuum.*
3 *Consuetudo nihil operatur in materia vsurarum.*
4 *Fructus non debentur ex censu nulliter imposito.*

DECISIO XI.

FVit per Dominos resolutum Lelium teneri ad restitutio-
1 nem fructuum, quia cum istæ societates officij vltra valorem non sustineantur vt fuit resolu-
2 tum, remanet purum, & merum mutuum, in quo non cadit perceptio fructuum, vt fuit sæpius resolutum, & consuetudo ad istum effectum excusandi à restitu-

stitutione fructuum, non suffra-
3 gatur, quia consuetudo nihil operatur in vsuris, cap. quia in omnibus, & ibi Gloss. in verb. multi, de vsur. cap. inter dilectos, de excess. Prælator. & in his terminis fuit resolutum in causa Romana societatis 2. Iu-
4 lij 1570. coram bo. mem. Card. Lancellotto, & in censu nulliter imposito, fuit etiam resolutum coram Gipsio in causa Vrbeuetana cēsus de anno 1594.

REV. D. SACRATO.

Romana Societatis officij, 18. Decembr. 1617.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio periculi vitæ in casu de quo hic an sit nulla.*
2 *Instrumentum Notarij principalis, & rogati est attendendum in concursu alterius rogati ab alio eiusdem officij.*
3 *Rogitus Notarij principalis est prima matrix instrumenti.*
4 *Matrix instrumenti attendenda est, quando est diuersitas in extensionibus.*
5 *Extensio prima instrumenti attenditur, licèt non constet de matrice.*
6 *Instrumentum si reperitur extensum per verba clara non est locus declarationi seu vlteriori extensioni.*
7 *Nominatio periculi vitæ non explicitè facta, sed per nomen genericum fratris, vbi sunt plures fratres habetur pro non facta.*
8 *Non obstantibus coniecturis.*
9 *Nominatio est de substantia societatis.*
10 *Et debet esse certa.*
11 *Coniecturæ non afferunt certitudinem, & non concludunt per necesse.*
12 *Incertitudo in contractibus imputatur illi, qui potuit apertius loqui.*
13 *Liber priuatus memorialium alicuius non probat in præiudicium tertij.*
14 *Mandatum cum magna impensa præsumitur in illo, qui dedit pecunias nomine alterius.*
15 *Ius contractus residet in eo, qui contraxit alieno nomine quoad interesse alterius contrahentis.*

DECISIO XII.

PEcuniæ sub nomine Quintij 1
fuerunt datæ ad societatem 2
offi-

1 officij Thomæ Bonhomo super periculo vitæ personarum à dicto Quintio in ratificatione nominandarum, & nominatione non facta super periculo vitæ ipsius Quintij; mortuus fuit Quintius, & post illius mortem fuerunt reperta duo instrumenta ratificationis dictæ societatis in primo confecto per manum notarij rogati Quintius pro medietate societatis nominauit periculum vitæ Horatij filij sui, & pro alia medietate vitam alterius eius germani fratris; in alio instrumento confecto per substitutum dicti notarij eodem die reperitur nominata vita dicti Horatij pro medietate, & pro alia medietate Stephani alterius filij, Cæterum quia Quintius vltra dictos Horatium & Stephanum tempore ratificationis habebat etiã alterum filium Fabritium nomine orta fuit dubitatio, An nominatio quoad medietatem officij societatis non tangentem Horatium fuerit legitimè facta, vel potius Thomas lucratus fuerit dictam medietatem per mortem Quintij, & resolutum fuit esse locum lucro quoad dictam medietatem.

2 Et in primis fuit firmatum quod in concursu sit magis stãdum extensioni notarij principalis, & rogati quia illud est loco matricis cum substitutus de tempore rogitus non esset sub-
3 stitutus, vt supponitur in facto, vnde rogitus notarij principa-
4 lis est prima matrix, & quando est diuersitas in extensionibus recurritur ad matricem, & illa attenditur, & illud quoque. Auth. de Tabell. Alex. cons. 105. n. 1 lib. 2. Castr. cõs. 372. Incipit præmittendum est n. 2. vers.
5 sed originale lib. 1. Corn. cons. 28. num. 1. lib. 1. vel quatenus de illa posset dici non constare, adhuc de iure attenditur prima extensio Bart. in l. Sempronius Proculo 48. num. 4. vers. sed si non apparet, ff. de leg. 2. Ias. cõs. 62. num. 1. lib. 1. Paul. de Castr. cons. 372. num. 2. vers. sed si dicetur lib. 1. Bertr. cons. 39. numer. 1. lib. 3. Franc. Marc. decis. 700. & non videbatur dubium, quod instrumentum magistri in proposito casu saltem potest deseruire pro prima extensione, cum substitutus de die quo cantat instrumentum non esset adhuc substitutus, vnde necesse est dicere, quod substitutus extenderit post magistrum.

Non obstat quod instrumentum

sub-

substituti possit saltem deseruire pro declaratione instrumenti magistri, nam quicquid dici posset si instrumentum magistri haberet imbreuiaturas ces-
6 sat difficultas quia instrumentum magistri est extensum, per verba clara contra quod nō est locus declarationi, seu vlteriori extensioni quia deficit materia declarabilis, seu extensibilis glo. fin. ne cler. vel mona. not. in c significasti de foro compet. in puncto consuluit Barbat. cons. 9. n. 18. vers. Si ergo lib. 4. Rota in Rom. donationis 30. mil. de Luraghis 3. Nouembr. 1599. coram bon. mem. Iusto. Accedit quod testes positi in instrumento substituti non concordant cum testibus instrumenti magistri. Vndè apparet hoc secundum non fuisse desumptum à matrice, seu instrumento magistri, sed per errorem vel alias fabricatum de nouo.

Attento verò instrumento notarij magistri dictum fuit societa-
7 tem pro medietate remansisse super periculo vitæ Quintij, quia paria sunt quod Quintius non nominauerit, vel ità nominauerit, vt non intelligatur, de quo filio censuerit, Cum enim Quintius vltra Horatium haberet duos alios filios dicendo illa verba, & alterius fratris neutrum videtur nominasse l. duo sunt Titij de testam. tutel. cum alijs de quibus per D. Aduocatum Ricciullum, & posito quod Quintius non nominauerit, cèrtum est quod etiam post quindecim dies societas resedit super periculo vitæ Quintij, vt latè fuit decisum in alia Romana soc. officij die 9. Apr. 1612. coram R.P.D. Cauallerio.

Non obstant coniecturæ ponderatæ
8 tæ ad ostendendū quod Quintius intellexerit de Stephano maiore Fabritio altero filio, nā præter quod sunt leues, visum
9 fuit hoc non posse procedere in societate in qua nominatio est de substantia Rota decis. 763. num. 7. part. 1. Ideoque
10 debet esse certa, vt post Bald. Rimin. Iun. cons. 163. num. 27. lib. 2. quam certitudinem non
11 afferunt coniecturæ quæ non concludunt per necesse, sed per quandam fallatam verisimilitudinem ad l. non hoc, C. vnde
12 legit. maximè in contractibus in quibus imputatur illi qui potuit apertiùs loqui, l. quicquid astringen. de verb. oblig.

Nihil releuare visum fuit liber me-

13 memorialium ipsius Quintij quod scilicet nominauerit Stephanum filium suum; quia non probat in præiudiciũ tertij, Afflict. decis. 303. in fin. Menoch. de arbitr. lib. 2. Cas. 91. nu. 25. 26. & 27. Idem cons. 23. n. 15. & cons. 39. num. 28. maximè vbi habemus instrumentum nominationis contrarium vt patet ex prædictis.

Non etiam facit quod in omnem euentum deficiat societas quoad medietatem, ex quo ex nominatione de qua supra apparet quod Quintius noluit retinere aliquam partem societatis super periculo propriæ vitæ, & ideò si non valet talis nominatio quoad fratrem Stephanum deficit societas pro medietate, & sic non potuit Thomas illam superlucrari, sed tantum prætendere non solutionem fructuum cum maximè Quintius non fecerit ipse societatem ab initio, sed alius pro eo, & ipse non nisi prædicto modo societatem ratificauit vndè ratificatio, vel est acceptanda, vt iacet vel in totum respuenda, quia pro responsione fuit consideratum quod ab initio, & ante ratificationẽ Quintij Societas verè fuit inita, & mansit super periculo vitę ipsius Quintij, vt patet in instrumento quo nitũtur hæredes Quintij ibi confessus fuit habuisse in societatem officij, &c. à Quintio absente scuta &c. cũ pacto quod morientibus personis in ratificatione nominãdis infra quindecim dies &c. & interim donec nominatæ fuerint super periculo vitæ ipsius Quintij, 14 &c. Ideoq; aut volumus præsumere mandatum in illo qui dedit pecunias nomine Quintij cum soleat præsumi in magna impensa, Rota decis. 2. de caus. poss. & propr. in antiq. Cassad. decis. 3. num. 4. de procurat. Cæs. de Grass. decis. 3. eodem tit. & decis. 2. num. 1. & 2. de reb. eccles. non alien. Rota decis. 196. num. 4. & 5. & decis. 631. num. 1. par. 1. diu. & habemus intentum, quia ille talis voluit, quod esset societas etiã 15 ante ratificationem Quintij, aut volumus illum nõ habuisse mandatum, & adhuc substineretur contractus quoad illum, quia in illo residet ius contractus quoad interesse Thomę, vt per plura exempla docet Ias. in l. fin. num. 3. cum seq. ff. de pact. Surd. cons. 150. nu. 104. cum pluribus sequen. ex quibus

bus patet contractum societatis quoad Thomam fuisse perfectum ante ratificationẽ Quintij, & consequenter, quod ratificatio Quintij quoad Thomã nihil erat operatum quam translationem periculi vitæ, quæ trãslatio si non fuit legitimè facta periculum remansit super vita Quintij, vt sunt verba contractus ibi, & interim, donec nominati fuerint super periculo vitæ ipsius Quintij.

Et ita, &c.

CORAM EODEM.

Rom. societatis officij. 26. Octobris 1616.

SVMMARIVM.

1 *Lucro societatis non est locus, etiam per obitum ante finem semestris, si societas per spontaneam restitutionem pecuniarum fuit dissoluta.*

Quamuis præcesserit disdicta, & disdicens esset infirmus. ibidem, & num. 5.

2 *Disdicta quando dicatur societas in fraudem imminentis mortis. & n. 3. & 5.*

3 *Actus non dicitur factus in fraudem imminentis mortis, etiã subsecuta morte, sed debet probari infirmitas grauis, & periculosa.*

4 *Contrahenti imputatur quare non quæsiuerit de statu illius, cum quo contraxit.*

DECISIO XIII.

CVm alias D. Abbas Lana recepisset à Iulio Sterbinio ad 1 societatem officij nonnullas pecuniarum summas super vita ipsius Sterbinij placuit D. Abbati nondum finito semestri nempe sub die 23. mensis Decembris 1614. mediante suo procuratore restituere dictas pecunias Sterbinio; cum autẽ die 26. eiusdem mensis & sic post tres dies Sterbinius ex hac vita migrasset D. Lana cæpit 2 prætendere quod huiusmodi societas fuisset in fraudem imminentis mortis disdicta & consequenter se pecunias lucratum fuisse perinde ac si societas non fuisset disdicta & pecunias esse restituẽdas per ea quæ in simili dicta fuerunt in causa relata inter diuers. impres. d. 192. p. 2. & in eadem die 14. Nouembris 1587. nondum impressa contrarium tenuerunt Domini me causam hanc proponente in

Rota pro quo illud fuit in pri-
3 mis præmissum quod actus nõ
præsumitur factus in fraudem
etiam quod paulopost sit sub-
sequuta mors, sed debet proba-
ri infirmitas & quidem grauis,
& periculosa iudicio Medico-
rum de tempore actus, Prob. ad
Monach. c. 2. num. 9. de renun-
ciat. Anchar. cons. 388. num. 6.
cum seq.

In proposito autem casu tantum
abest quod testes D. Lanæ pro-
bent grauem infirmitatem tem-
pore quo fuerunt restitutæ pe-
cuniæ vt probari debet ex su-
pradictis quod potius probent
contrarium dicunt enim quod
licet tempore restitutionis pe-
cuniarum Iulius Sterbinius ia-
ceret in lecto nihilominus quod
erat sedendo & videbatur, &
iocabatur cum circumstanti-
bus & vnus ex illis dicit medi-
cos tunc dixisse quod non ha-
bebat febrem, & quod Iulius
tunc temporis non esset in sta-
tu periculoso satis deprehendi-
tur ex eo quod non nisi post
duos dies post fecit testamen-
tum & transtulit pẽsiones quod
verisimiliter fecisset prius si se
existimasset in illo statu pericu-
loso qui requiritur ad istum
effectum.

Addebãt multi ex Dominis quod
cum nullibi appareret Iulium
affectasse istam restitutionem
pecuniarum, sed quod agentes
pro Dom. Lana illam obtule-
runt potuit Iulius etiam si gra-
ui & periculoso morbo labo-
rasset pecunias acceptare, quia
nõ tenebatur ipse esse solicitus
4 an D. Abbas sciret suam infir-
mitatem vel non, sed potius
imputãdum fuit ipsi Lanæ qua
re non quęsiuerit de statu illius
cum quo contrahebat ad l. qui
cum alio, ff. de reg. iur. ibi not.
scrib. & latè in specie Cagnol.
ibidem, num. 2.

Atque sic cessant decis. supra in
5 contrarium allegatæ nam in
primis ibi probatur salus de-
sperata à Medicis hic non.
Secundo ibi fuit fraudolenter
affectata restitutio & sic dolus
aduersarij ibi dedit causam dis-
solutioni contractus hic autem
non.

Tertio ibi defectus fuit in tertia
persona super cuius vitæ peri-
culo ponebatur societas hic au
tem in ipso contrahente cuius
conditionem non licuit alteri
ex contrahentibus ignorare ex
præallegatis, & ita tentum.

EO-

EODEM.

Foroliuien. societatis. 20. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

1 ***Remissoria non datur stante irreleuantia.***

2 ***Vel stante magna inuerisimilitudine.***

3 ***Societates officiorum modo & forma quibus in Vrbe fiunt, non possunt fieri super officijs non vacabilibus.***

4 ***Valor officij consideratur deductis expensis.***

Redditus duodecim pro centenario inuerisimilis, & in rebus perpetuis. ibid.

5 ***Aestimatio redditus officijs non regulatur ex pretio quo fuit emptum.***

6 ***Redditus officij quomodo aestimandus.***

DECISIO XIIII.

INformantes pro D. Alphonso petierunt remissoriam ad probandum quod Cancellaria non vacabilis super qua fuit facta societas officij de qua agitur reddit ad rationem duodecim pro centenario quolibet anno

1 sed placuit Dominis illam denegare ex duobus, primo ex capite irreleuantiae qua stante minime datur remissoria, Caputaq. decis. 32. num. 3. par. 2. Et decis. 68. num. 2. par. 3. Cassad. decis. 2. de dilat. Mohedan. decis. 5. num. 4. in fine deprobat. Rot. in Aquen. Archipresbyteratus 14. Nouemb. 1607. corā Illustris. Lancellotto, & in Bullen. Monasterij 19. Iunij 1609. coram me & alibi saepe.

Secundò ex magna inuerisimili-

2 tudine ex qua pariter denegatur remissoria, Rota in Hispalen. matrimonij 5. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Bononien. & in Pampilonen. parochialis 4. Februarij 1605. coram Reuerendissimo D. Bononien. & in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. corām Illustrissimo Lancellotto, & in Taurinen. decimarum 8. Nouembr. 1596. coram bo. me. Penia.

Quantum ad irreuelantiam; quia Rota saepè in decisionibus in hac materia factis, & per me cumulatis in vltima decis. in

3 hac causa facta censuit quod societas officiorum modo & forma quibus ordinariè fiunt in curia, & quibus facta est haec

de qua agitur non possint fieri super officijs non vacabilibus, & proinde frustra probatur, quod officium reddat ad rationem duodecim pro centenario; quia nihilominus remanet obstaculum quod officium minime sit vacabile; prout requiritur ex supradictis, & quantum ad dicta per discursum in hac causa factum de duobus contractibus in vnum cum ex tota serie facti appareat quod partes voluerunt facere vnum contractum non duos, etiam si alias possent sustineri illi duo contractus in vnum quod requirit maximam discussionem adhuc nõ suffragaretur in hoc casu per regulam quod potui nolui quod volui adimplere nequiui, de qua in glos. in l. 3. in verbo negotiorum gestorum in fine, C. de contrah. stipulat. l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi.

Quantum ad inuerisimilitudinem
4 visum fuit Dominis plus quam inuerisimile quod officium perpetuum & honorificum deductis expensis; prout de iure deduci debent ad l. final. §. fin. de rei vendic. l. diuort. §. impendia solut. matr. Castr. cons. 17. in penult. coll. reddat duodecim pro centenario quia nullibi reperiũtur res perpetuæ quæ reddant tantum lucrum & notum est omnibus Foroliuienses esse viros prudentes & sagaces in florentissima parte Italiæ constitutos vnde non est verisimile quod in eorum Ciuitate permittant redditus perpetuos tam vili pretio communiter extimari.

Est enim aduertendum quod in constituendis redditibus huius cancellariæ non sufficeret probare quod ad rationem pretij, quo fuit empta reddat duodecim pro centenario; quia hoc potuit esse pretium singularis affectionis; sed probandum es-
6 set quod tanti communiter extimaretur, vt non minus quam duodecim pro centenario reddat ad hoc per scribentes in l. pretia rerum, & ibi glos. in verb. funguntur, ff. ad l. falcid. l. si seruum, ff. ad l. aquil. glos. & Abb. in cap. cum extra. de test. Verall. decis. 264. num. 4. part. 3. Rot. in Romana censuum 14. Martij 1614. coram me.

Roma-

EODEM.

Romana societatis. 20. Maij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Translatio periculi vitæ non probatur facta, ex memoria translationis reperta in folio memoriæ societatis.*
Declaratur, vt num 3.

2 *Subscriptio folij memoriæ societatis, in quo erat scripta translatio periculi vitæ, inducit ipsius ratificationem, vel saltem notitiam, fallit, num. 3.*

4 *Translatio periculi vitæ non dicitur probata per notulam Notarij qui se rogauit de societate.*

5 *Substitutus officij, post quam desijt esse talis, non potest se immiscere in his quæ spectant ad illud officium.*

6 *Extensio de casu ad casum non fit in exorbitantibus, & periculosis.*

7 *Solitum alicuius nominandi periculum vitæ aliarum personarum non autem propriæ non attenditur, vbi translatio periculi est dubia.*

8 *Pactum de non molestando officialem an alteret naturam societatis, & num. 11.*

9 *Societas consistit tota in officiali.*

10 *Hæres non potest illud allegare quod includeret delictum defuncti.*

11 *Pactum de non molestando officialem, tanquam clandestinum non præiudicat his qui receperunt pecunias, & soluerunt fructus.*

12 *Actus clandestinus ex quo resultat damnum tertij dicitur dolosè factus.*

DECISIO XV.

Domini resoluerunt per mortem Hieronymi Ameti pecunias per eum datas ad societatem officij fuisse quæsitas socijs si quidem societates stabant super periculo eius vitæ, vt constat ex Instrumento confecto super duabus societatibus de quibus agitur.

Non obstat quod Hieronymus reseruauerit sibi facultatem transferendi periculum vitæ in alium & huiusmodi translationem fecerit antequam moreretur quia Dominis non visa fuit
1 probata talis translatio: nam dum in primis illa deducitur

ex eo quod in folio memoriæ societatis reperto inter scripturas Hieronymi adsit in ordine scripturæ primo memoria trãslationis postea ordo officialis de soluendis pecunijs, & deinde quietantia illorum qui ha-
2 buerunt pecunias cum eorum subscriptione ex quo infertur quod ipsi subscripserunt folium in quo erat scripta translatio videntur illam ratificasse, vel saltem habuisse notitiam translationis periculi, vt in Romana societatis officij 3. Nouembris 1598. coram bo.me. Orano ad
3 hoc fuit responsum conclusionem potuisse habere locum nisi ex eadem scriptura appareret quod adnotatio translationis fuit facta post subscriptionem: nam nominatio cãtat sub die 24. Febr. subscriptio vero sub die decima eiusdem mensis, & sic apparet quod quando fuit subscriptum folium nõdum erat facta prætensa translatio cum fuerit facta per quatuordecim dies post.

Secundò prætendebatur probata
4 translatio ex quadam notula facta per 4. menses post per illũ qui se rogauit de societatibus, & pro hoc cumulabantur regulæ quod Notarius rogatus possit quandocunque dare instrumentum de gestis à se ipso imò iam datũ corrigere etiam si non reperiatur protocollum cum similibus ad hoc fuit responsum quidquid sit de illis cõclusionibus quæ habent suas declarationes illas non applica- 3
ri; quia ille qui dedit notulam non se rogauit nomine proprio sed nomine sui magistri, vt practicatur in Notarijs A.C. vnde aut ista notula prætenditur habere vim à persona propria istius & non potest; quia nec ipse se rogauit nomine proprio nec etiam constat quod sit Notarius, vnde non applicantur conclusiones quę loquuntur de Notarijs rogatis, vt prætenditur sustentatio ex persona Ma-
5 gistri, & cũ desierit esse substitutus officij non potest se immiscere in ijs quæ ad prædictum officium spectant ad decis. Put. 5. de sent. & re iud. lib. 1. in manuscript. Achil. in epitom. tit. de appellat. in fin. faciunt tradita per Castr. consil. 104. num. 1. & 2. & cons. 158. circa med. vol. 1. Glos. in c. man dato verb. reuocato, de procur. Cassad. decis. 2. num. 5. de ap-
6 pell. Aut denique prætenditur casus mixtus, & in istis exorbitan-

tantibus & periculosis non visa fuit posse fieri extensio ex tradit. per scrib. in l. vim passam §. præscipt. ff. de adulter. Bart. in l. 2. in princ. nu. 2. circa fin. ff. de verbor. oblig. Rom. cons. 259. in fin. & 294. num. 4.
7 Alex. cons. 96. nu. 6. lib. 2. Dec. cons. 333. num. 1. Tertio dicebatur Hieronymum Ametum semper consueuisse nominare periculum vitæ super alijs personis; prout ex nota plurimarum societatum cuius copia fuit data, sed prçterquam quod res reddebatur dubia ex notis societatum datarum pro parte Pauli dicebatur hoc non concludere quod Hieronymus hac vice non potuerit, aut voluerit retinere periculum super pro-
8 pria vita, secundo principaliter dicebatur non fuisse deperditas pecunias post mortem Hieronymi, quia ipse sub eadem die qua contraxit societates de quibus agitur fecit apocam in qua promisit non molestare occasione istarum societatum Dominicum Bēgum officialem super cuius officio fuerunt contractæ societates atque inde inferebatur hoc pactum tan-
9 quam repugnans naturæ societatis quæ tota in officiali consistit, l. verum, §. fin. ff. pro soc. illam vitiare & traducere contractum in merum mutuum, vt fuit dictum in causa Romana Saluiani interdicti 17. Maij 1589. coram bo. me. Orano, & consequenter non fuisse locum lucro pecuniarum cum istud lucrum non fiat in mutuo, sed in societatibus, ad hæc fuit responsum, Primo non probari quod ista apoca fuit confecta de consensu officialis, & proinde non potuisse Hieronymum confingendo sibi ipsi apocam mutare formam contractus qui cantat in societatem, quinimo ad euitandam præsumptionem delicti quod scilicet Hieronymus voluerit ex mutuo percipere fructus quos percepit dicebatur esse præsumendum illam apocam non habuisse effectum & Ioannem Baptistam modo actorem & illius hæredem non possè al-
10 legare contrarium, quia includeret delictum defuncti quod non potest facere cum sit illius hæres, l. venditrici, C. de reb. alien. non alien. Ruin. cons. 137. num. 7. in fin. vol. 4. Secundo etiam si vterque nempe Hieronymus & officialis noluissent adhuc dicebatur per huiusmodi pacta clandestina non

potuisse præiudicari illis qui receperant pecunias, & soluerant fructus anticipatos societatum, & nullam habuerunt notitiam huiusmodi pacti ex traditis per Dec. cons. 218. nu. 3. vers. nemo agitur ad quartum dubium Acchil. decis. 1. in fin.
12 de offic. Vicar. facit quia iste actus clandestinus in vtilitate quæ vtrique proueniret in dãnum tertij videretur dolosè factus, ex cumulatis per Crauett. cons. 42. num. 20. Rota in Romana societatis coram Illustrissimo Blanchetto relat. inter diuers. impress. decis. 192. num. 1. par. 2. Dolus autẽ deceptiuus annullat contractum, vt in prædicta decis. 192. num. 4.

Ex quibus cessat decisio Romana Saluiani interdicti coram Orano supra allegata; quia ibi pactum de non molestando officialem fuerat factum ne dum cum scientia illius qui bonam fidem societatis recognouerat; sed immo ad illius instantiam, & fuerat appositum in substantialibus ipsius societatis nempe in ratificatione, vt patet ex lectura illius decisionis.

EODEM.

Romana societatum. 14. Nouembris 1611.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio periculi vitæ non probatur per instrumentum rogatum nomine Accursij ab eo qui tunc, non erat amplius substitutus.*

2 *Extensio de casu simplici ad casum mixtum non fit dum agitur quod vnus se possit rogare nomine alterius.*

3 *Notarijs adhibetur fides quia approbantur à publico.*

4 *Substitutus Notarij non habet approbationem à publico sicut Notarius ordinarius.*

5 *Imbreuiatura quod possit per interuallum extendi non procedit in substituto Notarij postquam desijt esse substitutus.*

6 *Extensio instrumenti si post motam litem facta non probetur an præsumatur facta in tempore.*

7 *Præsumptio contrarijs præsumptionibus tollitur, vel eneruatur.*

8 *Fraudibus ne detur occasio cauendum est.*

DE-

DECISIO XVI.

DOmini persliterunt in decisis coram me in hac causa sub die 20. Maij proximi quod scilicet societates fuerunt deperditæ per mortẽ Hieronymi, quia nõ docetur de nominatione periculi vitæ alterius facta per prædictum Hieronymum.

Non obstat quod immo de nomi-
1 natione vitæ alterius nempe Illustrissimi D.Cardinalis Burghesij constet per publicum instrumentum rogatum nomine Accursij tunc temporis notarij A. C. & qui etiam de prędictis societatibus fuit rogatus; quia attenta serie facti non visum fuit Dominis esse adhibendam fidem prætenso nominationis instrumento etenim de illo neque in protocollis neque in filcijs Accursij aliqua reperitur memoria; sed solum quod hæredes Hieronymi cum citassent Paulum ad restituendum sortem principalem cum fructibus, & fuisset illis oppositum quod pecuniæ essent deperditæ per mortem Hieronymi & quod in scripturis Accursij nulla reperiebatur nominatio prædicti hæredes ad docendum de nominatione citarunt coram A. C. quemdam Angelum qui de tempore contractarum societatum fuit substitutus Accursij & nomine Magistri fuit rogatus de prædictis societatibus, & iste Angelus dedit in actis instrumentum nominationis à se conscriptum & rogatũ nomine Accursij quod quidem instrumentum non visum fuit attendendum quia iste Angelus ante quam longe daret huiusmodi instrumentum desierat esse substitutus Accursij vnde non poterat amplius se in illius scripturis ingerere, Put. decis. 5. de sent. & re iud. cum alijs alleg. in alia decis. Vnde non applicantur quæ alias solent dici de facultate Notarij in extẽdẽdis vel corrigẽdis rogitibus suis etiam post interuallum temporis nam omisso an hoc possit fieri post motam litem de quo per Felin. in c. ex litteris, num. 8. de fid. instrum. Gabr. de consuetud. conclus. 3. num. 45. iste non est casus; quia neque apparet quod Angelus tunc temporis esset notarius neque se rogauit nomine pro-
2 prio sed nomine Magistri vnde in istis exorbitantibus à iure communi quod vnus se roget nomine alterius, authen. de tabel-

tabellion. §. nos autem. non debet fieri extensio de casu simplici ad casum mixtum l. vim passam, §. præscriptione, ff. ad l. Iul. de adulter. Bart. in l. stipulantium la 2. num. 2. ff. de verb. oblig. Ananias cons. 63. num. 1. vers. & pro hoc. Roman. cons. 259. ad fi. Dec. cons. 212. num. 2. & sic de doctrinis loquentibus de vero Notario ad istos substitutos maximè quia possunt allegari rationes differentiæ inter ipsos substitutos & Notarios ordinarios de quibus
3 loquuntur Doctores; primo quia illi Notarij solent approbari à publico vnde illis tanta adhibetur fides. Menoch. de arbitr. casu 92. num. 4. Calder. cons. 2. num. 2. de test. Capic.
4 decis. 61. in fin. isti autem iuuenes qui in Curia exercent officium substituti non habent
5 huiusmodi approbationem. Secundo Notarius rogatus retinet penes se matricem siue imbreuiaturam, vnde nil mirum si post aliquod temporis interuallũ potest extendere vel corrigere instrumenta; quia cum imbreuiatura possunt semetipsos instruere, isti vero iuuenes substituti post dimissum officiũ non habent penes se imbreuiaturas nisi alias allegent se subripuisse magistris vnde nimis periculosum esset dicere quod possit memoriter extendere instrumenta super gestis per
6 annos ante circa aliud quod nõ probetur extẽsio facta post motam litem, & post dimissum officium vnde præsumatur facta in tempore, Soc. iun. cons. 94. num. 5. vol. 1. Rot. in Romana Casalis Iuliani 4. Iunij 1584. coram bo. me. Robusterio cum alijs allegatis fuit responsum primo iura allegata loqui in Notarijs pro quibus magis præsumitur quam pro istis substitu-
7 tis ex dictis supra, secũdo quod præsumptio contrarijs pręsumptionibus tollitur vel saltem eneruatur, l. diuus, ff. de restit. in integr. l. licet Imperator, ff. de leg. 1. Castr. cons. 26. numer. 3. lib. 2. Dec. cons. 470. num. 10. Abb. cons. 74. num. 1. Surd. cons. 80. numer. 21. Contrariæ præsumptiones in hoc casu sũt primo quod non probatur in scripturis Accursij adesse aliquam memoriam huiusmodi nominationis, secundo quia Procurator hæredum Hieronymi obtinuit decretum contra dictum Angelum, vt extenderet instrumenta prędictę nominatio-

nationis vt in extractu fol. 192. & 193. ergo non erāt prius extensa & in hanc sententiam eo facilius inclinarunt Domini; quia memoria est multum peri-
8 culosa vnde multum caute dicebatur esse procedendum ne alias detur occasio fraudibus contra notata in l. qui sub prætextu, C. de Sacrosanct. Eccl. in l. in fundo, ff. de rei vindic. & in c. quanto. vers. per hanc responsionem de diuort. Butr. conf. 5. num. 2. & conf. 42. numer. 2. Alex. conf. 108. num. 4. lib. 4.

Eodem.

Romana Societatum.
Ven. 24. Februarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Solutio præsumitur facta in causam quæ allegatur si de alia non apparet.*

2 *Simulatio non datur cessante causa simulandi.*

3 *Ius agendi vigore primi instrumenti potest reseruari in alio instrumento societatis factæ in renouationem primæ.*

4 *Fideiussor agens contra fideiussorem, quando non teneatur demere partem suam.*

5 *Solutio quando dicatur facta à fideiussore tanquàm fideiussore.*

DECISIO XVII.

Quæ fuerunt dicta pro parte D. Alberti quod cessio reportata per Doctorem Cassanum à Fontanella fuit simulata nō visa fuerunt Dominis subsistere de iure etenim constat de debito præcedenti ex publico instrum. & de effectuali solutione ex partitis pro-
1 ductis pro parte Cassani, quia licet non appareant in quā causam fuerint solutæ præsumitur quod in istam ex quo de alia non apparet Crauet. conf. 158. num. 13. Corn. conf. 22. nu. 5. lib. 1. Cephal. 156. num. 15. & seq. Ruin. 161. num. 9. vol. 1. Dec. 618. nu. 2. Decian. conf. 60. num. 29. lib. 2. & sic cum habeamus debitum verum, &
2 realem solutionem cessat causa simulandi sine qua non datur simulatio, Bart. conf. 65. nu. 4. & 5. Anchar. conf. 227. nu. 2. & 3. Cepoll. tract. de simulat. contract. præs. 24. nu. 167. & seq. Rota decis. 1. num. 6. de

don.

don. in nou. fuit dictum in causa Bononien. Bonorum 30. Maij 1607. coram R. P. D. meo Decano & alibi sæpe.

E conuerso non placuerunt Dominis late deducta pro parte Doctoris Cassani quod cum Fontanella fuerunt initæ duæ Societates in quarum prima ipse non fuit obligatus,
3 sed tãtum in secunda, & quod licet ista secunda fuerit facta in renouationem primæ, tamen Fontanella sibi reseruauit ius agendi vigore primi instrumẽti per inde, ac si secundum instrumentum factum non fuisset quod videtur potuisse facere, vt in Romana anterioritatis 23. Iunij 1603. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio atque hic inferebatur quod cũ Cassanus reportauerit cessionem omnium iurium Fontanellę potuit siue potuisset Fontanella omisso secundo instrumento in quo ipse Cassanus est fideiussor agere vigore primi contra D. Albertum fideiussorem
4 rem in illo obligatum & sic sibi non obstabit quod tanquam fideiussor agens cõtra fideiussorem teneatur demere partem suam, iuxta not. per glos. in l. fideiussoribus. ff. de fideiussor. cum alijs infra alleg. Nam omissis multis quæ pro declaratione prædictarum conclusionum dici possent fuit respõsum quod Doctor Cassanus non reportauit cessionem tanquam tertius, sed tanquam fideiussor soluens proprium æs alienum vnde remanet contra illum regula quod modo agendo contra confideiussorem teneatur de mere partem suam, iux. not. in dicta glos. l. fideiussoribus verb. nomina, & ibi Odofr. num. 1. Castr. in princ. Bart. in l. modestinus. num. 9. ad fin. Cuman. num. 13. ff. de solut. Bald. in l. 1. num. 3. Salyc. num. 8. in fin. C. de duobus reis. Castr. in l. paulus. nu. 3. ff. de fideiussor. & bene applicatur conclusio quod potui nolui quod volui adimplere nequiui, de qua in l. sicut C. de act. & oblig. in l. si quis argentum. §. fin. vers. Cum enim. C. de don. in l. velles. C. de reuoc. donat. & in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. l. 3. & ibi glos. fin. in fin. C. de contr. & committ. stipul.

5 Quod autem Cassanus soluerit tanquam fideiussor, & sic in extinctionem proprij debiti

biti patet ex verbis cessionis ab illo reportatæ in qua narratur renouatio secundę societatis cum obligatione dicti Cassani, & quod illa disdicta tam pro sorte quam pro fructibus fuit actum & obtentum mandatum executiuum cōtra Bentiuolium principalem, & contra Albertum & Cassanum fideiussores, & quod propterea ibi personaliter constitutus Iacobus procurator Fontanellæ fassus fuit recepisse, &c. à prædicto Cassano fideiussore præsente, &c. supradicta scuta, &c. pro sorte principali supradictarum societatum, &c. cessitq; d. Cassano omnia iura præsertim mandati desuper vtsupra expediti, &c.

Eodem.

Romana de Cassanis.
Mercurij 5. Decembris 1612.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoris rata detrahenda dum agit contra alios fideiussores dicitur esse dimidia licet sint quinque obligati in societate.*

2 *Officialis respectu aliorum obligatorum habet tantum nudum nomen.*

3 *Et non facit partem cum omnes fideiussores respectu illius sint principales debitores.*

4 *Officialis quomodo censeatur principalis, & ceteri fideiussores ex cons. Gabr. 63.*

5 *Principalis debitor non facit partem dum agitur de detrahenda rata fideiussoris agentis contra alios fideiussores.*

6 *Damnum inter fideiussores debet esse æquale.*

7 *Decoctio vnius ex fideiussoribus redundat æqualiter in damnum aliorum confideiussorum.*

8 *Cessionarius vti potest iuribus cedentis, & illum repræsentat.*

9 *Fallit quando cessio fit fideiussori qui ea vti valet contra confideiussores.*

10 *Dolo petis quod statim restitutum es.*

11 *Circuitus inanis vitandus.*

12 *Cessio actionum contra se ipsum inconueniens est, & quādo resultet.*

13 *Fideiussor soluendo, & reportando iurium cessionem, non dicitur extinguere proprium debitum, sed emere creditum creditoris.*

14 Fide-

14 *Fideiussor soluens tanquam proprium debitum, non potest postea exercere actiones nomine creditoris.*

15 *Solutio a fideiussore non debet simpliciter fieri pro eius cautela, sed debet emere actiones mediante illa solutione.*

16 *Solutione unica non potest acquiri actio, & liberatio.*

17 *Fideiussor qui habet iurium cessionem non potest agere in solidum contra confideiussores.*

18 *Rota in dubio semper sequitur aequitatem.*

DECISIO XVIII.

QVia aliàs in hac causa fuit à me dictum Doctorem Cassanum posse agere
1 contra fideiussores dempta sua rata dubitatum fuit quaenam esset rata Cassani, & sub hac die 5. Decembris fuit resolutum eius ratam esse dimidiam etenim quinque sunt obligati in societate officij ad fauorem Fontanellae, qui dedit pecunias nempe officialis, Comes Albertus principalis, Blanchius, & Pius, & Cassanus fideiussores;
2 officialis non videtur habere nisi nudum nomen respectu illorum, iuxt. not. per Illustriss. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 24. num. 37. Rota in causa Romana Societatis, 24. Ianuarij 1575. coram Blanchetto relat. inter diuers. impress. decis. 288. nu. 2. par. 1.
3 & proinde non videtur facere partem cum omnes fideiussores respectu illius sint principales debitores. Bart. in l. reos num. 1. vers. si ergo. Angel. num. 6. vers. praeterea. Imol. num. 1. vers. concludo. ff. de duobus reis. Salic. in l. 1. nu. 3. C. eod. tit. Ant. cons. 33. nu. 8. Crau. cons. 77. n. 3. Natt. cons. 52. num. 6. Surd. consil. 150. num. 57.

4 Nec obstat Gabr. cons. 63. numer. 13. lib. 2. dicens post Rotam quod officialis censetur principalis, & ceteri fideiussores, quia hoc est intelligendum respectu illius, qui dedit pecunias & ad certum effectum nempe vt liberato per acceptilationem factam per illum qui dedit pecunias officiali prosit, & alijs ad quos non peruenerunt pecuniae, & ita loquitur Gabr. secus videtur dicendum respectu illorum, qui officialem releuare promiserunt, Nō
5 etenim videtur facere partem

Comes

Comes Albertus principalis debitor, quia omnes fideiussores respectu eius personæ videntur sibi ad inuicem fideiussisse vnde damnum debet esse æquale. l. si plures, cum ibi notatis. ff. de fideiussor. Bart. in l. si stipulatus, §. si ex duobus num. 3. ff. eodem tit. Salyc. in l. 2. num. 2. C. de fideiussor. Roman. consil. 472. num. 1.

6

Non denique visus fuit facere partem Blanchus tum quia vt aliàs dixit Rota per Cassanum actum fuit vigore secundæ obligationis, & renouationis, in qua Blanchus minime interuenit, tum quia ex deductis per Pium apparet ipsum non esse soluendo, vnde damnū illius decoctionis æqualiter redundat in confideiussores, iux. not. in l. inter fideiussores. ff. de fideiussor. in l. verum. §. si cum tres. ff. pro soc. Bart. in l. Modestinus. nu. 10. ff. de solut. Alber. in Rubr. C. de duobus reis. num. 22. Salyc. in l. 1. num. 9. C. eodem tit. ex quibus apparet remanere tantum duo nempè Pium, & Cassanum, & sic dum Cassanus agit contra Pium debere detrahere dimidiam pro sua rata.

7

Nec obstat præcipuum fundamentum Cassani quod scilicet omnia prędicta possent procedere si ipse ageret nomine proprio, sed cum agat nomine Fontanellæ qui dedit pecunias, & à quo ipse habet cessionem, & cuius respectu omnes prædicti sunt principales debitores non posse sibi obijci de prædictis sicut non possent obijci
8 Fontanellæ principali, quandoquidem Cessionarius vtitur iuribus cedentis, & illum repræsentat Surd. cons. 22. num. 16.
9 cum concord. quia fuit responsum istam conclusionem non posse habere locū quando cessio fit fideiussori qui illa vult vti contra confideiussores, e-
10 tenim tunc obstat regula dolo petis quod statim restiturus es de qua in l. dolo facit ff. de
11 dol. except. & de inani circuitu vitando, de quo in l. Dominis testamento. ff. de condic. indebit. & per Bald. cons. 100.
12 circa fin. lib. 4. siue inconuenientia quod quis cedat actiones contra se ipsum de qua per Bart. in d. l. Modestinus. nu. 9. ff. de sol.

Etenim si Cassanus tanquā cessionarius Fontanellæ principalis exigeret a Pio quatuor quin-

quintis teneretur cedere Pio
omnes actiones quas habebat
Fontanella contra omnes ob-
ligatos, & sic contra se ipsum,
vnde posset Pius tanquam ces-
sionarius Fontanellæ rursus se
conuertere contra Cassanum
pro eisdem quatuor quintis.
Nec satisfecit replicatio quod
immo non posset Pius tãquam
cessionarius Fõtanellæ conuer-
tere se contra Cassanum, quia
Cassanus mediante solutione
debiti est iam liberatus à Fon-
tanella, iux. not. in §. 1. instit.
quibus modis tollitur obligat.
13 quia fuit responsum Cassanum
soluendo Fontanellæ, & repor-
tando cessionem actionum non
extinxisse proprium debitum,
sed immo potius emisse credi-
tum Fontanellæ, iux. not. in
l. cum is, & ibi Bartol. Angel. &
Castr. num. 1. Bald. in princi-
pio. Imol. num. 2. ff. de fide-
iussor. Vincen. de Franch. de-
cis. 55. num. 12. quod proba-
tur duobus medijs. Primò,
14 quia si Cassanus soluisset tan-
quam proprium debitum non
possent actiones exerceri am-
plius nomine Fontanellæ, quia
essent extinctæ mediante præ-
dicta solutione, iux. not. in d. §.
1. institut. quibus modis tolli-
15 tur obligat. Vnde in l. mode-
stinus. ff. de solut. & ibi per
Bart. Ang. Imol. Castr. & alios
datur pro cautela quod non
fiat simpliciter solutio, sed
ematur actio mediante solu-
tione pecuniarum quæ deser-
16 uiunt pro pretio. Secundo
probatur, quia aliàs Cassa-
nus vnica solutione acquireret
actionem, & liberationem, con-
tra not. in l. qui hominem. §.
fin. ff. de solut. in l. cum is. §.
fideiussor, & ibi glos. ff. de con-
dit. indeb. Bart. in l. numera-
tionibus. num. 3. Ang. Castr.
num. 1. ff. de solut. & proinde
firmum remanet quod Cassa-
nio agenti ad quatuor quinta,
vel obstat exceptio cedenda-
rum, vel si non obstat potest
reijci exceptione dolo petis
stãte quod actiones cessæ essent
exercendæ contra ipsum met
17 Cassanum; visum fuit posse tu-
tè recedi à decisione in causa
Romana Cessionis 10. Iunij
1575. coram bo. mem. Rubeo,
quia illa decisio fundatur in
eo quod sicut posset principalis
creditor agere in solidum con-
tra omnes obligatos ita possit
fideiussor, qui habet iurium ces-
sionem ab illo agere in solidum
contra confideiussores, quia vt
supra

supra demonstratum est argumentum est nimis fallax & eodem modo fuit responsum ad doctr. Imol. in eadem l. Modestinus. nu. 6. nam præter quod ipse fatetur hanc opinionem
18 esse magis æquam, & æquitatẽ in dubio semper sequitur Rota, & loquitur per verbum fortè, & sic dubitatiuè ipse affert duas rationes, quas non probat dicit enim Primo, quod fideiussor soluens non remaneret obligatus, cum sua solutio sibi debeat proficere, & liberare se ab obligatione, in qua est, cum, vt supra dictum est, ipse non eligat extinguere proprium debitum, sed immo potius emere creditum alienum. Secundo dicit quod melior erit conditio primi soluentis, & allegat glos. in l. 1. C. de duobus reis, sed Glos. vltra quod nihil firmare videtur exemplificat in causa noxali, in qua ideo melior est conditio præuenientis, quia corpus serui committentis noxam non potest dari omnibus; in proposito autem casu potest omnibus satisfieri, & cum omnibus seruari æqualitas in exigendo prout fuerunt æquales in se obligando & vnus in sequendo fidem alterius, vnde illa materia nihil habet commune cum ista.

ILLVST. LANCELLOTTO.

Romana fructuum Societatis officij. 27. Iunij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Societas rectè contrahitur ad fauorem alterius absque speciali mandato, & ille agere potest ad fructus.*

DECISIO XIX.

1 Domini censuerunt DD. de Stellis teneri ad solutionem fructuum societatis officij, non obstante, quod prætẽdatur pecunias Dominici Nattoni eis fuisse solutas à Gherardo Raughett, de cuius speciali mandato non cõstet, prout requiritur ad contrahendam societatem non vltra mandatum sub die 22. Maij 1598. cũ clausulis amplissimis, & cum facultate transigendi, & concordandi qua ratione comprehendere potest huiusmodi societatem initam ex causa transactionis adest aliud speciale sub die 25. eiusd. mensis Maij, in quo non solum est data fa-

D cul-

cultas Gherardo accipiendi pecunias ad societatē officij pro extinctione aliarum societatum ante initarum, de quibus in eo fit mentio, sed etiam aliàs societates prædicta extinctione faciendi, vt legitur in illis verbis, vel alijs pro illarum solutione, vt supra facien. ita vt in vim istius facultatis bene potuerit Gherardus dare pecunias ad societatem Nattoni pro dd. societatibus extinguendis, ad quem effectum ex causa concordiæ fuit inita hæc societas, & quatenus adesset aliquod dubium, an prædicta facultas intelligi debeat de societatibus faciendis actiuè, vel passiuè, tollitur ex obseruantia subsequuta, & quia partes ita fuerunt verba mandati interpretatæ, tam ex parte Gherardi, cum pecunias soluerit, quàm ex parte Nattoni qui ratificauit expresse per litteras, & dando mandatum ad huiusmodi societatem disdicēdum, periculum vitæ mutandum, & sortem, & fructus exigendi, quam etiam ex parte DD. de Srellis, qui personam Gherardi vti sufficientis procuratoris approbarunt, ne dum cum eo vti tale contrahendo cuius facultates propria perquisiuisse videntur, sed etiam pecunias ab eo recipiendo, & illas vsque ad disdictam retinendo, ita vt sicut ab initio in receptione pecuniarum non oppofuerunt contra facultates procuratoris, ita non debebat modo displicere, quod semel placuit, nec impugnari persona semel approbata. Vnde visum fuit Dominis, vel mandatum fuisse sufficiens, vel ex solutione pecuniarum, & alijs, illud posse præsumi, vel quatenus mandatum pateretur aliquam difficultatem ex natura negotij, & omnibus simul iunctis induci talem obseruantiam, & interpretationem quæ sufficit, aut saltem ex illis resultare sufficientem approbationem, & ratificationē quæ æquipollet mandato cum re integra superuenerit. c. ratihabitionem cum ibi notat. de reg. iur. lib. 6. cum vulga.

EODEM.

Romana societatis officij.
4. Februarij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis nō dicitur vul-*

vulnerata per decretum reuocationis mãdati illius vigore relaxati.

2 *Vulneratio non extenditur ad obligationem de qua non fuit factum verbum in decreto.*

DECISIO XX.

Domini non dubitarũt quod relaxari debeant mandatũ pro sorte principali quam non negat D. Stella recepisse, & probatur ex eius confessione in instrumento societatis, necnon ex ordinibus ab ipso datis de soluen. scut. 500. tam pro extinctione duarum societatum, quàm pro fructibus, quam etiã pro alijs expensis.

Nec potest dici vulnerata obliga-
1 tio cameralis per decretum re-
2 uocationis mandati vigore illius relaxati, quia vulneratio non extenditur ad obligationem, de qua nullum verbum in decreto, sed est restricta ad ipsum mandatum, vt in causa Romana census coram bon. mem. Cantuccio, & sæpe in alijs fuit decisum in Rota.

R. P. D. PENIA.

Romana Pecuniaria. Lunæ 2. Decembris 1596.

SVMMARIVM.

1 *Pactum resolutiuum appositum in societate, vt deficiente vno ex fideiussoribus daretur alius infra 15. dies, facit cessare lucrum pecuniarum.*

2 *Lucrum pecuniarum cessat per non adimplementum.*

3 *Promittens dare fideiussorem in genere non dicitur promittere factum alienum.*

4 *Iuramentum obligat præcisè iurantem.*

DECISIO XXI.

Ad tres societates officiorum contractas die 26. Iunij 1590. ad fauorem q. Io. Baptistæ de Aragonia, vnã videlicet 500. & alterã 600. & tertiam 696. scut. monetæ fideiussores accesserũt Petrus Antonius, & Horatius, & Octauius nunc Illustrissimus Cardinalis de Bandinis, qui tanquam principales principaliter & insolidum se debitores & promissores ad fa-

 uorem

uorem D. Baptistæ, constituerunt obligantes se cum iuramento in forma Cameræ consueta, quibus fideiussoribus seu aliquo deficiente, moriẽte, vel ex Vrbe recedente, aut conditionem deteriorante, alium seu alios fideiussores idoneos intra dies 15. ad beneplacitum Ioa. Baptistæ loco deficientis seu deficientium dari deberent, alias esset locus pecuniarum restitutioni.

Societatibus ratificatis, & pro scutis mille constituto vitæ periculo super personis Iuliæ vxoris Io. Baptistæ & Virginiæ eius filiæ, & Olimpiæ pariter alterius filiæ pro scutis 300. & pro reliquis scutis 496. periculo vitæ ipsius met Ioan. Baptistæ & Horatio Bandino altero fideiussorum anno 1590 vita functo Petro Antonio & Octauio Bandino nunc Cardinali alterum fideiussorem in locum Horatij defuncti dare deficientibus, & deinde eius procuratore coram A.C. comparente, & allegante quod licet sui principales non teneantur dare alium fideiussorem, nihilominus offerebat Ioannem Abbatem de Bandinis suum filium & fratrem Florẽtiæ commorantem, & Io. Baptista talem fideiussorem acceptare recusante, quia erat filius familias, & Clericus, & in Vrbe non possidebat bona immobilia, dum Bandini datis quibusdam articulis probare intendebant Ioannem fuisse idoneum fideiussorem. Ioa. Baptista Aragonia die 6. Martij 1591. diem clausit extremum, Cum autem per eius obitum D. Cardinalis Bandinus prætenderet suo lucro cessisse scut. 496. posita sub periculo vitæ eiusdem Ioa. Baptistæ & de partium consensu coram A. C. fuisset conuentum vt staretur Rotæ Iudicio, me proponẽte fuit dubitatum, an esset locus lucro pecuniarum, & Domini conformiter censuerunt per obitum Io. Baptistæ non fuisse locum lucro pecuniarum.

1 Ratio potissima fuit cum in societate adesset pactum, quod deficiente aliquo ex fideiussoribus, Bandini alium illius loco fideiussorem idoneum infra dies 15. ad beneplacitum, contentamentum & satisfactionem Io. Baptistæ dare tenerentur, alias esset locus restitutioni sortis principalis, perinde ac si societas esset finita, & præfato tem-

tempore elapso non fuisset realiter, & cum effectu datus alius fideiussor in locum Horatij defuncti, ad quem tamen præstandũ sæpe Bandini fuerãt interpellati; pacto resolutiuo in societate apposito fuerat factus locus, & consequenter ante obitum Io. Baptistæ censeretur finita societas, non potuit per illius obitum D. Cardinalis illam lucrari, Alex. in l. si insulam. in 16. fallen. ff. de verb. oblig. c. rerum de condit. appos. l. 2. C. de cond. ob caus. Corn. cons. 102. num. 34. lib. 2. Put. decis. 66. num. 1. lib. 3. Mohed. decis. vlt. de transact. & f. r. in causa Romana societatis coram R.P.D. meo Seraphino 18. Decembris 1573. & die 24. Martij 1574.

2 Bandinis etiam obstabat nõ adimplementũ non enim poterant reportare lucrum ex contractu quem non impleuissent, Dec. in l. cum proponas la seconda. num. 4. vbi Rimin. numer. 3. C. de pact. Rol. cons. 53. nu. 28. lib. 1. Crauet. cons. 246. nu. 3. quia ad effectum, vt quis ex contractu cõsequatur actionem, vel exceptionem in primis docere debet pro parte sua se adimpleuisse, & promissis stetisse, l. Iulianus, §. offerri ff. de act. empt. Crauett. cons. 151. numer. 8.

Neque ab hac decisione putarunt Domini receden. ex eo, quod die 2. Martij anni 1591. fuerat oblatus Io. Abbas Bandinus in locum Horatij, quia omissa illa disputatione, an stante pacto resolutiuo talis oblatio post dies 15. fuisset admittenda ex ipsa serie contractus tollebatur omnis difficultas, nam cum fideiussor dandus deberet esse æque idoneus, & ad beneplacitum contentamentũ, & satisfactionem Io. Baptistę licitè potuit Io. Abbatem recusare cum esset filius familias & Clericus, & bona stabilia nõ possideret in Vrbe, & pręsertim cũ esset etiam absens, & vigore contractus in locum absentis alius foret subrogatus.

Propterea nõ obstabat quod mandatum D. Cardinalis non se extenderet ad faciend. obligationem pro renouatione fideiusionis; quia pręterquam quod verba mandati erant multum generalia dicebatur quod cũ talis clausula esset fere ordinaria, & apponi solita in omnibus instrumentis conseq. videbatur extend. ad istam promiss.

Et difficultas cessabat; quia ad effectum vt societas censeretur finita licet Cardinalis nō fuisset obligatus satisfuerat Petrum Antonium Bandinum fuisse etiam interpellatum præsertim cum modo non ageretur contra Cardinalem pro renouatione fideiusʃion. sed pro solutione sortis, ex eo quod Petrus Antonius principalis fideiussorem non renouauerat, & consequenter societas esset finita.

Non placuit Dominis illa consideratio informantium pro Bandinis quod ipsi nōn tenebantur adimplere promissionem de facto alieno, quia licet ista prætensio posset habere locum si fuisset promissa fideiussio alterius certæ personæ, secus erat in hac facti specie in qua pactum seu promissio de alio fideiussore præstando erat concepta in genere.

4 Et præsertim stante iuramēto quod obligat præcise iurantem, c. etsi oppositus de iur. iuran. adeo vt post moram non videatur relinquere omissioni locum, Crauett. cons. 64. n. 12. Gabr. de iur. iur. concl. 2. n. 14.

Postremo non obstat quod Io. Baptista Aragonia videbatur ratificasse societatē ex quo post mortem Horatij sciens, & prudens receperat fructus societatis pro vlteriori semestre, quod informantes pro Bandinis ostendere nitebantur ex quadam copia partitæ ex libris Bandinorum extractæ, quia respondebatur ex eadem partita apparuisse illam fructuum receptionem fuisse pro fructibus decursis ante obitum Horatij ibi *pagato li contanti fino de Giugno passato cioè del 1590. per frutti del semestre che maturò à 27. Decembre passato.*

Atque ex prædictis fuit sine difficultate cōclusum non fuisse locum lucro pecuniatum per obitum Io. Baptistæ.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana pecuniaria. Lunæ 23. Iunij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum prouenient ex secunda societate contracta pro extinctione primæ ad quem pertineat.*

DECISIO XXII.

DE Anno 1590. renouata societat. officij scutorum 2300.

2300. auri in auro in fauorem D. Iustiniani Seueroli, in qua recognouerunt bonam fidem DD. de Vrsinis, sub accessionibus Dominorum Garzonij, Lilij, & Grossi disdicta postmodum societate fuerunt conuenti ad soluendum, Dominus Garzonius, & Lilius tantum, qui pro solutione sortis principalis, fructuum, & aliarum expensarum contraxerunt plures societates officiorum cum diuersis personis vsque ad summam scut. 3000. in quibus ipsi duo se obligarunt non autem Grossus, qui in precedenti societate iam disdicta reperiebatur obligatus, & ijdem declarauerunt se contrahere dictas societates animo se reualendi contra Vrsinos, ad quos omne commodum, & incommodum ipsorum spectare declarauerunt, & dein de soluta Seuerolo summa debita reportarunt ab eo cessionem iurium, inter prædictas societ. fuit contracta vna societas scut. 300. in fauorem Episcopi Callien. super vita eius Nepotis, quo mortuo Domini Garzonius, & Lilius obligati dictam summam quam lucrati erant posuerunt in creditum Vrsinorum ad quos commodū, & inco nmodum dictarum societatum spectare declarauerant, cum postea idem Garzonius, & Lilius vti Cessionarij Seueroli egissent contra Grossum seu orphanos ipsius hæredes & orphani exceperunt de excomputatione dictæ summæ, quam superlucrati erant.

Proposui dubium in Rota An scuta 300. per mortem nepotis Episc. Callien. superlucrata cedant in diminutionem scutorum 2904. per DD. Garzonū, & Lilium solutorum Seuerolo, à quo cessionem reportarunt contra Grossum cuius vigore hodie agitur.

Et Domini resoluerunt cedere in diminutionem, cum enim dictæ societates fuerint contractæ cum expressa declaratione ad commodum, & incommodum Dominorum de Vrsinis, certum erat societatem superlucratam cedere in vtilitatem eorumdem Vrsinorum, quod ipsimet Domini Garzonius, & Lilius non negant & subest optima ratio, vt scilicet ipsi sentiant commodum lucri, qui sentiebant incommodum solutionis fructuum, & si prædicti duo obligati egissent cōtra Vrsinos benè potuissent Vrsini

1

excipere de lucro societatis, & pro illa quantitate minuere debitum antiquum, vnde dicebant Domini hanc eandem exceptionem competen. Vrsinis debere etiam competere Grosso tãquam fideiussori Vrsinorũ, seu orphanis ab eo causam habentibus omnes enim exceptiones quæ reo competunt fideiussori etiam inuito reo competunt, l. omnes exceptiones, ff. de except.

Nec visa fuit obstare cessio facta per Seuerolum, quia cum hæ pecuniæ essent Vrsinorum tanquam captæ ad eorum commodum, & incommodum, quẽadmodum Domini Garzonius, & Lilius non potuissent vti hac cessione aduersus Vrsinos de quorum pecunijs soluebatur, Paul. de Castr. in l. modestinus num. 5. vers. nam principali; vbi etiam Bart. num. 4. ff. de solut. ita nec ea vti possunt aduersus Grossum fideiussorem Vrsinorum, vt fuit alias dictum in vna Romana releuationis indemnitatis 26. Ianuarij, & 2. Martij 1598. coram Reuerendissimo D. Pacen.

Et ita fuit resolutum.

EODEM.

Romana pecuniaria. 6. Nouembris. 1609.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum pecuniarum spectat ad eos qui societatem contraxerunt, non obstante declaratione quod sumerentur ad commodum & incommodum alterius.*

2 *Cessio iurium potest reportari à fideiussore soluente de pecunijs acceptis ad societatem ad commodum, & incommodum principalis debitoris.*

3 *Declaratio quod pecuniæ accipiuntur per fideiussorem ad commodum & incommodum principalis debitoris, non operatur lucrum pecuniarum ad fauorem illius.*

DECISIO XXIII.

IN hoc articulo pluries per me proposito in Rota, Domini censuerunt esse recedendum à decisis die 23. Iunij 1608.

Cum enim in vltimis societatibus
1 officiorum, pecuniæ fuerunt captæ à Dominis Garzonio, & Lilio

Lilio certũ esse dicebant quod ipsis solis socijs contrahentibus sunt acquisitæ, quibus fuerunt traditæ, & numeratæ, & qui proprio nomine societates contraxerunt, non autem Vrsinis principalibus debitoribus, qui nec interuenerunt nec per aliam personam societates contraxerunt, l. traditionibus, C. de pactis, l. stipulatio ista §. al-
2 teri, ff. de verb. oblig. & consequenter cum his pecunijs benè potuissent dd. Garzonius, & Lilius à D. Seuerolo cui debebantur pecuniæ primæ societatis reportare, & acquirere cessionem iurium, & actionum contra Vrsinos principales debitores, & Grossum confideiussorem, Bart. in l. modestinus, nu. 4. ff. de solut. & fuit dictum in vna Romana subhastationis bonorum 9. Iunij 1591. coram R. P. D. Lancellotto quæ loquitur in terminis similis societatis factæ pro extinctione primæ cum illa declaratione, quod omne commodum & incommodum secūdæ societatis spectet ad principalem debitorem.

Nec per huiusmodi declarationē
3 pecuniæ fuerunt effectæ Vrsinorum l. si id quod §. ... ff. pro soc. & faciunt allegata per Menoch. cons. 122. nu. 45. Sed ista declaratio tantummodo operatur, vt Garzonius, & Lilius possent se reualere contra Vrsinos pro damnis, quæ paterentur, vt bene fuit ponderatum in dicta Romana subhastationis.

Et cum in hac secunda societate ipse Grossus non se obligasset, vel aliquo modo fideiussisset, bene potuerunt Garzonius, & Lilius agere contra ipsum vti cōfideiussorem in prima societate, vt pro sua rata contribuat ad solutionem scutor. 2904. & cessat fundamentum alterius decisionis desumptum ex text. in l. omnes exceptiones, ff. de except. videlicet quod omnes exceptiones, quæ reo competunt, etiam ipsi fideiussori inuito reo, quia non poterat talis exceptio prodesse Grosso qui in his secundis societatibus non erat fideiussor, nec alio modo obligatus.

Ex quibus resultabat consequentia necessaria, quod si Grossus non sentiebat, nec sentire poterat aliquod incommodum, aut damnum vigore secundarum societatum, in quibus ipse non erat obligatus non videtur equum, vt ex ijs ipse aut orphani ab eo causam haben-

tes

res debeant sentire commodū, & vtilitatem, & participare de lucro l. secundum naturam, vbi Dec.& Cagn.ff.de reg.iur.cum vulgar.

Ex quibus Domini concluserunt recedendum à decisis, & scut. 300. non cedere in diminutionem scut.2904. per DD. Gasparem, & Ioannem Lilium solutorum D. Seuerolo, à quo reportarunt contra Petrum Grossum cessionem cuius vigore hodie agitur.

Et ita, &c.

MO

REV. OTTOMBERGO,

Romana societatis. 9. Februarij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Solidatio per acceptationem debiti pro residuo, facta à muliere non suffragatur, & non intelligitur facta de sorte principali, sed de fructibus iuncto, num.7. & seqq.*

2 *Et subiacet statuto Vrbis, c.151. lib. 1.*

3 *Statutum Vrbis c. 151. lib. 1. vel eius forma quando locum babeat in confessionibus etiam declaratorijs de præterito.*

4 *Confessio quæ tendit ad liberationem babet vim pacti de non petendo, & subiacet statuto Vrbis c.151.lib.1.*

5 *Confessio mulieris vel minoris, vt requirat solemnitates statuti procedit in confessione simplici, secus in babente aliquas præsumptiones pro se.*

6 *Finita societate fructus non debentur.*

7 *Quietatio, & liberatio est stricti iuris, & strictissime intelligenda.*

8 *Tacitum est minus capax extensionis quam expressum.*

9 *Quietatio, præsertim facta à muliere non facta mentione sortis intelligitur solum de fructibus.*

10 *Copula denotat similitudinem, & vna pars copulæ aliam declarat.*

11 *Extinctio societatis, & solutio magnæ quantitatis non præsumitur facta absque scriptura publica, vel priuata expressè declarante.*

DECISIO XXIV.

CVm ageretur de iustitia sententiæ Iudicis deputati ab A. C. qua hæredes Petri Genij

nij absoluit à debito scutorum 700. sortis principalis, quæ Petrus diuersis temporibus acceperat à D. Camilla Panzina ad societatem officiorum Domini non dubitarunt de veritate crediti, cum de eo constet ex instrumentis de eo confectis, quæ faciunt probationem probatam solutionem autem non existimabât probari ex scriptura solidationis computorum manu propria Petri conscripta; in qua se recognouit debitorem Camillæ in scutis 375. monetæ pro integra solutione totius crediti Camillę comprehensis omnibus fructibus societatum vsque ad mensem Nouembris tunc proximè venturi, & alijs calculis, hinc inde vertentibus cum annullatione quarumcunq; scripturarum & rationum inter ipsos factarum vsque ad illam diem subiuncta etiam acceptatione debiti pro residuo per Camillam facta.

Nam ad hanc scripturam solida-
1 tionis, multæ fuerunt datæ responsiones, & primum cum acceptatio Camillæ importet confessionem solutionis, in reliquo, & per consequens liberationem, l. si ex pluribus vbi Glos. in verb. reliquum, Imol. num. 2. in fin. ff. de solut. Salic. in l. si quidem in fi. C. de transact. Iason cons. 100. num. 3.
2 lib. 4. Idcirco est nulla propter statutum Vrbis c. 151. lib. 1. prohibens à mulieribus absque solemnitatibus fieri refutationes, quietationes, & donatio-
3 nes sub quibus prohibentur etiam confessiones per quas statuto fraus fieri possit, Put. decis. 7. num. 55. lib. 3. Cresc. decis. 2. de confess.

Non obstat quod hoc intelligendum sit de confessionibus obligatorijs de præsenti nō autem de declaratorijs de præterito, vt fuit dictum in Romana dotis Lunæ 10. Iannarij 1600. coram R. P. D. Sacrato, quia locum habet in simplici declaratione qualitatis, quādo actus per se ipsum fuit solemnis, & validus, secus si actus qui declaratur erat per se nullus. Bald. in l. hæredes palam, §. sed etsi notam, ff. de testam. vel si actus de nouo conficitur, Dec.
4 in c. pastoralis, §. verum, nu. 8. de appell. vt in proposito, quia confessio tendit ad liberationē, & habet vim pacti de non petendo, Feder. de Sen. cons. 128. num. 3. Soc. iun. post Calcan. quem

quem allegat conf. 57. nu. 10. lib. 2. quo casu requiruntur solemnitates statuti.

Nec videbatur applicari quod
5 confessio mulieris, & minoris quæ requirit certas solemnitates, ex forma statuti accipienda sit, vt procedat in confessione simplici, secus autem si haberet aliquas præsumptiones pro se. Acchil. decis. 1. de confess. hic enim vrgentiores dantur præsumptiones pro Camilla ex illis verbis *computati li frutti pagati per insino alli 15. Nouembre prossimo che verrà*;
6 quia si fructus durabant, societas non erat extincta, cum illa finita fructus non deberentur, Gabr. conf. 78. in fin. lib. 1. & conf. 63. num. 16. vol. 2.

Deinde solidatio restringitur ad debita inter quæ non potest numerari sors antequam societas sit disdicta.

Respondebatur ad prædictã scri-
7 pturam, quoad quietatio, & liberatio est stricti iuris, & strictissime intelligenda. Paris. conf. 100. num. 64. lib. 1. Caputaq. decis. 308. num. 4. par. 3. Præsertim in liberatione tacita
8 cum tacitum sit minus capax extensionis quam expressum. Aym. consil. 34. num. 3. hic
9 autem nulla fuit facta mentio sortis, & verba commodè intelligi possunt, secundum subiectam materiam videtur de fructibus, & de mutuo 50. nec non de deposito 100. scutorum vltra quem extendi non debet. Angel. in l. obligatione. nu. 5. ff. de pignor. & pro hoc sensu faciunt verba saldi, ibi, stracciando, & annullando ogni altra scrittura & conti, quæ magis adaptantur, sed partes solent consentire cassationi faciẽdæ per notarium, & si voluissent intelligere de instrumẽtis, illud scripsissent, idem suadent
10 verba scripturæ, & conti: nam illa copula, & denotat similitudinem, & vna pars copulæ aliam declarat. Riminal. Iun. cons. 18. num. 39. in fi. Menoch. consl. 40. num. 16. Surd. cons. 242. num. 8. quæ interpretatio eo magis placuit, quia est in fauorem mulieris, & contra eum qui scripserat, & contra eius hæredes. l. veteribus. ff. de pactis.

11 Accedit quod extinctio societatis, & solutio tam magnæ quantitatis non consueuit fieri absque scriptura publica, seu priuata, declarante expressè huiusmodi extinctionem, & solu-

solutionem quam coniecturam in simili considerat Anchar. cons. 64. num. 2. vers.& maxime quia concludens ex tali coniectura resultare inuerisimimilitudinem, quam iudex facile sequi non debebat, ex quibus fuit resolutum sententiam esse infirmandam.

R. P. D. PEREGRINO.

Romana societatis officij.
Lunæ 9. Martij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Translatio periculi vitæ, quæ ex pacto fieri poterat ante anticipatam solutionem cuiuslibet semestris, dicitur validè facta non obstante acceptatione cedulæ fructuũ & ordine subscripto.*

2 *Acceptatio cedulæ, & traditio non habet vim solutionis, sed mandati.*

3 *Litterarum præsentatio, & acceptatio per mercatorem non liberat debitorem.*

4 *Cedulæ assignatio non inducit nouationem, nec delegationem.*

5 *Delegatio quando inducatur.*

6 *Iniuriam nemini facit, qui vtitur iure suo.*

DECISIO XXV.

1 NOn esse locum lucro societ. ad fauorem Illustrissimi Cardin. de Pepolis vnanimiter censuerunt. Cum enim ante anticipatam solutionem secundi, vel vlterioris semestris: Posset D. Portia vigore pacti in societate appositi transferre periculum vitæ in alterius personam non dicitur priuata dicta facultate transferendi, ex eo, quia sibi tradita fuerit cedula ab agentibus Illustrissimi Cardin. qua potuisset exigere fructus sibi debitos, etiam quod in eadem cedula ordinem ipsum subscripserit, quibus pecuniæ à mercatore fuerit soluendæ, cum tamen nisi post factam translationem cædula fuerit tradita, & pecu-
2 niæ exactæ nam traditio, & acceptatio cedulæ non habet vim solutionis, sed mandati ad exigen. per quod non fuit exclusa à dicta facultate transferendi, quia vt dixi per solutionem tantum poterat excludi, sicuti per eam nec fuit liberatus Illustrissimus Cardinalis à fructuũ solutione. l. si litterarum, vbi Bald. C. de solut. & in fortioribus terminis pluries fuit ten-

tum

3 tum in Rota, quod etiam præsentatio litterarum, & acceptatio per mercatorem non liberet debitorem, vt in illa Bonon. litterarum cambij 13. Ianuarij 1581. coram Illustrissimo Lancellotto, & in altera Venetiarum litterarum cambij 23. Maij 1583. coram D. meo Gipsio, & coram Domino Mellino, in illa Romana pecuniaria 24. Nouembris 1595. & aliàs
4 sæpe. Non enim per dictam cedulæ assignationem dicitur inducta nouatio, quæ hodie nisi expresse hoc agatur inducitur. l. fin. C. de nouation.
5 Et minus dicitur facta delegatio, quia non interuenerunt, quæ ad inducendam delegationem desiderantur de quibus per Glos. in l. quamuis. §. si mulier, il secondo, vers. pro secundo circa princ. ff. ad Velleian. & ibi notat Castren. nu. 3. l. delegare in principio de nouation. & latè habetur in dicta Romana pecuniaria, coram Illustrisimo Lancellotto.

Nec differendo ex actionem D. Portia posset dici fuisse in dolo, vt pro parte Illustrissimi Cardinalis prętendebatur, cum ex pacto inito inter partes id
6 facere potuerit, & qui iure suo vtitur, nemini iniuriam facit. l. nulli. ff. de regul. iur. cum vulg.

Et potuisset Illustrissimus Card. reali solutione illi pręcludere viam transferendi vitę periculum in alteram personam.

Minusq; obstare visum fuit quod Cardinali intimatio facta non fuerit, sed fideiussori insolidum obligato, qui quidem respectu creditoris habebatur vti principalis quicquid sit respectu debitoris; & confideiussorum, cum similiter id fecerit D. Portia vigore pacti expressi in ipso societatis instrumento; 1
quo fuit conuentum, vt non solum disdictam, sed etiam ipsam translationē periculi sufficeret fideiussori intimari, ita vt vni facta omnes afficeret, & propterea cessantibus obiectis dici non potest quod pecuniæ fuerint lucratæ ad fauorem Illustris. Cardinalis. 2

Et ita decisum, &c.

ILLVSTRISS. LVDOVISIO.

Romana Societatis officij.
Ven. 5. Februarij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio periculi vitæ facta de*

de filio qui erat Notarius rogatus societatis, dicitur validè facta.

2 *Notarius potest in instrumento societatis adnotare personam suam si super eam vult principalis vt currat periculum vitæ, & non dicitur sibi adscribere.*

DECISIO XXVI.

1 IO. Petrus Capogallus proxeneta Ripæ super dicto officio contraxit societatem scutorum 100. monetæ cum Francisco Morando sub periculo vitæ Io. filij dicti Francisci, cui accessit bonã fidem recognoscendo erga officialem, & alios obligatos Possidonius de Angelis post annum Franciscus declarauit d. societatem esse factam de pecunijs Io. eius filij, & cessit illi omnia iura dictæ societatis, post nõnullos dies obijt Franciscus, relicto Io. hærede, qui egit contra Possidonium pro recuperatione sortis principalis coram A. C. à quo obtinuit relaxari mandatum, pro cuius executione dum instabatur coram R. P. D. Macchiauello Iudice deputato Possidonius, obtinuit per memoriale Sanctissimi quod causa cum voto Rotę terminaretur, prætendebat enim se pecunias fuisse superlucratum, quia Io. fuit notarius de societate rogatus, & propterea nõ probari nominationẽ suæ personæ, ex regula, 1 quod instrumentum nõ probat ad commodum Notarij scribentis, de qua per Bart. & Bald. in l. si consul. ff. de adopt. Ias. in l. sciendum. num. 6. ff. de verborum obligat. & in terminis huiusmodi nominationis allegabantur Moderni à Cingulo de societ. off. num. 153.

2 Quo non obstante Domini contrarium tenuerunt, quia quando Io. posset dici notarius rogatus de dicto instrumento, & non Bectus Dominus officij, cuius contrarium tenebant aliqui ex Dominis adnotando personam suam super qua Frãciscus Pater voluit currere periculum vitæ nihil sibi ascripsit, cum ex ea nullum ius consequeretur, & propterea Pater post annum illi cessit eandem societatem, cuius cessionis vigore cępit habere ius quod antea non habebat, & cessat omnis suspicio ex veritate facti, quia Possidonius vidit, & approbauit talem nominationem,

tum

tum quia facta fuit in ipso instrumento societatis, in quo ipse interuenit, tum quia erat scripta in fide societatis in qua Possidonius fecit quietantiam pecuniæ receptę ex quo & alijs adminiculis qui dantur quacessante cessare debet omnis alia sinistra interpretatio, vt per informantes,& admittunt Moderni de societat. in loco supra allegato, quibus etiam respondetur eos loqui, quando periculum vitæ stabat in persona illius qui dederat pecunias, vnde non mirum si nominatio, tunc non probatur, & in ista mutatione tollatur fides Notario cũ videatur in aliquo derogari iuri recipientis secus est in casu isto, in quo in limine societatis nominata fuit persona Ioannis, & in ea fuit fundatum periculum vitæ.

Nec etiam facit declaratio, & cessio per Patrem facta, quia de tempore quo Ioannes rogatus fuit de instrumento nullum habebat interesse, quia societas cantabat nomine Patris, ex quibus, & alijs adductis pro Ioanne fuit resolutum Possidonium non fuisse superlucratum pecunias.

R.P.D. IVSTO.

Toletana pensionis. 5. Decembris 1603.

SVMMARIVM.

1 Solutio pensionis ad effectum quasi possessionis exigẽdi dicitur probata ex pluribus simul iunctis adminiculis.

2 Superuiuentia non est probanda ab eo qui agit procuratorio nomine Pensionarij.

3 Agens ad recuperationem societatis officij non tenetur probare vitam, sed dicenti lucratam incumbit onus probandi mortem.

4 Procurator non tenetur probare vitam, dum ad elidendam exceptionem mortis replicat principalem suum viuere.

5 Reseruatarius fructuum soluendo pensionem, an constituat pensionarium in quasi possessione exigendi in præiudicium titularis: & num. 7.

Et quid in reseruatario simplici vel sequestratario. numer. 8.

6 Acceptans beneficium pensione grauatum dicitur quasi contrahere cum pensionario.

9 Tutor vel Prælatus constituunt serui-

seruitutem in praeiudicium successoris vel pupilli, quando debitum est verum.

10 *Expeditio litterarum non requiritur pro manutentione.*

11 *Clausula etiam litteris desuper conficien. non intimatis non praesupponit aliquam necessitatem expediendi.*

12 *Clausula sola signatura sufficiat non importat necessitatem expediendi litteras.*

DECISIO XXVII.

PRoposui dubium, an mandatum relaxatum ab A. C. esset reuocand. & DD. resoluerunt non esse reuocādum, quia visum fuit iustū, innititur enim
1 super quasi possessione exigendi pensionem, quæ est concludenter probata pro parte pensionarij ex solutionibus factis R.P.D.Iustiniano Orphino ꝓcuratori Ludouici per Gregorium de Ayala nomine Francisci de Rainosa reseruatarij fructuum Archidiaconatus Ecclesiæ Toletanæ ex ordinibus directis mercatoribus ex quietātijs Ayale ex partitis Banchi, & ex dictis vnius testis, qui deponit de scientia reseruationis, & de ordinibus datis pro solutione pensionis per multos annos, & vidit quietantias solutionum in Hispania, & concurrentibus adminiculis, Rota admittit decis. 2. de caus. poss. & prop.in antiq. Cassad.decis. 3. sub num.4. de procur.Felin. in c. sicut. nu.35. in fin. de re iud. Socc.cons.46.nu.3. lib.3. præsertim cum fuerit soluta notabilis summa pecuniarum quæ fuerunt approbata in causa Lucana pensionis coram bo. me. Card. Lancellotto 4. Iunij 1574. & sic omnia præsumuntur facta præcedente mandato, & multo magis quanto constat de clara reseruatione pensionis, itaut de ea dubitari non possit, quæ facit verisimiles solutiones, Rota coram bo. me. Gypsio in Cesenaten. pensionis 30. Ianuarij 1584.

Non approbarūt DD. quod D.Iustinianus vltra mandatum tenebatur docere de Domini superuiuentia; quia non viuenti non debetur pensio, & sic vita Domini est fundamentum suæ intentionis, Bart. communiter approbat. in l. si quidem, C.solut.matr. Socc.in l.si inter virum.n.8.& 9.ff. de reb.dub.

2 Responsio fuit quod D. Iustinianus Orphinus ostendit

E man-

mandatum sui principalis ex cuius persona agit, non autem agit nomine proprio fundans intentionem suam super vita Domini, vnde cum D. Cardinalis sustineat expressè mandatum morte mandantis, & ita velit excludere procuratorem agentem contra se nomine Domini tenetur probare mortem, & hoc modo in puncto applicatur, & præcedit communis distinctio Doct. & decis. Acchill. prima de proban. Cæs. de Gras. decis. 1. qui filij sint legit. & coram bo. me. Robust. in Tirasonen. decimarũ 8. Octob. 1576. & in causa Perusina exequutionis 19. Febr. 1596. coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Alexandrino, & aliorum quæ allegantur, vt in simili
3 dicitur de agente ad recuperationem societatis officij, qui non tenetur probare vitam, sed dicenti lucratam etiam incumbit onus probandi mortem, Rota coram Cotta Romana Cappellaniæ S. Pauli 30. Maij 1572. & in alio simili de resignatione Put. decis. 107. Nec facit quod procurator respicere videatur superuiuentiam Domini; quia hic non est principaliter agens fundat enim se in mãdato agẽs ex reseruatione pensionis, & quasi possessione exigendi nomine Domini, & licet excipiendo Illustrissimus D. Card. alleget mortẽ Domini in hoc tantum est actor l. 1. ff. de except.
4 vbi Bart. & alij, & Procurator elidendo exceptionem mortis replicat incidenter principalem suum viuere, quapropter non tenetur probare vitam. Soccin. d. l. inter virum. vers. 4. infertur num. 8. qui ita intelligit. Glos. in l. 2. §. si dubitetur, ff. quem. test. aper.

5 Dicebatur quod solutiones pensionum erant nomine Cainosa tempore quo non habebat titulum Archidiaconatus, sed erat fructuũ reseruatarius, qui non potuit soluendo constituere exigentem in quasi possessione in præiudicium titularis. Rip. in c. cura Ecclesia Sutrina, num. 65. de caus. poss. & prop. Afflict. decis. 380. nu. 23. Ias. in l. final. numer. 118. C. de iure emphit. Pinell. latè in l. 1. par. 3. numer. 72. C. de bon. mater. & in terminis videtur resolutum coram bo. mem. Card. Lancellotto in Cremonen. Pensionis 21. Nouembris 1575. & coram Reuerendissimo D. Alexandrino in Gerũden.

den. Pensionis 19. Decembris 1479. & postea coram R.P.D. meo Decano in Pacens. pensionis 10. Decembris 1594.

Cui obiectioni respondebāt Domini, quod sumus in reseruatario fructuum, & ita illi incūbebat onus soluendi pensionem quæ est imposita super fructibus. Achil. decis. 1. de pens. & fuit dictum in causa Valisoletan. pension. 1. Martij 1602. coram R. P. D. meo Decano cum in reseruatione non reperiatur exemptus. Gig. de pens. q. 38. quinimò in supplicatione resignationis adest mentio pensionum cum decreto quod Franciscus de Aiala, vel aliquis eius successor non possit accipere possessionem Archidiaconatus nisi prius se obligauerit in forma Cameræ adimplere præmissa omnia, & singula infrascripta, ex quibus oritur implicita patientia, & verisimilis scientia Illustrissimi D. Card. non contradicentis solutioni pensionis à reseruatario fructuum, qui de iure soluere te-
6 nebatur, immò acceptando Archidiaconatum pensione grauatū cum ipso pēsionario quasi contraxisse dicitur, Caputaq. decis. 13. par. prima; & coram R. P. D. meo Litta in causa Romana pens. 4. Iunij 1593. & in decisionibus in contrarium allegatis nulla poterat considerari patientia titularis, cum solutiones factæ fuerunt tempore quo vacabat Ecclesia, vt expressè habetur in decisionibus Alexandrini, & Decano.

7 Et vnus ex Dominis dicebat, quod reseruatarius fructuum cum facultate percipiendi propria auctoritate, & in hoc casu pōt soluēdo cōstituere in quasi possessione; quia ipse possidet ad trad. per Paris. cons. 39. numer. 2. lib. 4. & hoc tenet Rota, vt attestatur Mandos. in pract. signaturę gratię in verbo; reseruationes fructuum, vers. resignanti, & dicit reseruatio prorogatum antiquum ius percipiendi cum omnibus qualitatibus, & modis quibus licebat nullo prorsus immutato alioquin non esset reseruatio, Paris. d. cons. 39. num. 11. Non sic est
8 in reseruatario simplici, nec in sequestratario qui exercet iura beneficij, & soluit onera. Glos. in Clem. vnic. in verb. benef. de seq. poss. & fruct. & ibi Cardin. nanque isti non proprio iure nec propria auctoritate administrant, sed aliena.

9 Facit simile de Tutore in Prælato qui constituunt seruitutem in præiudicium successoris & pupilli quãdo debitum est verum, l. quoties, §.fin autem in fine de adm.tut. Abb.in c.fin. nu.42. & 43. & ibi Felin. cum.18. de præten. & ita bene potuit reseruatarius soluendo sequi veritatem obligationis etiam respectu titularis, cum ipse non imponeret seruitutem sed impositam à Papa exequeretur,in quibus terminis non loquitur Ripa,& alij adducti.

Tertio obijciebat de spontanea solutione attento quod littera reseruationis nondum erat expedita, & tamẽ expediri debebant ex illa clausula apposita in gratia litteris desuper conficiendis non intimatis, & quãuis adsit etiam clausula, quod sola signatura sufficiat est tantum restricta ad decreta, quia facit hoc pacto quo ad huiusmodi decreta sola præsentis Motu pprij signatura sufficiat.

10 Quæ Dominis non placuerunt,quia pro mandato de manutenen. non requiritur expeditio litterarum cum nulla sit necessaria probatio proprietatis,Mohed. dec.153. aliàs 22. de restit.spol.& coram bo. me. Gypsio in vna reseruationis fructuum 6. Iunij 1586. & coram eodem in d. Cæsaraugustana pensionis 3. Ianuarij 1589. & fuit resolutum in causa Anconitana pens. coram Illustrissimo Platto 15. Iunij 1587. & in Auximana pension. 5. Maij 1589.coram Comitulo. Præterea clausula etiam litteris desu-

11 per conficiendis non intimatis est apposita in fauorem pensionarij, vt non teneatur intimare litteras in casibus,in quibus de iure teneretur, quasi & si litteræ essent expeditæ potest pensionarius non vti tantum abest, vt clausula presupponat necessitatem expediendi.

12 Nec facit quod clausulà sola præsentis motus proprij signatura sufficiat referatut explicitè ad decreta, quoniam in his reseruationibus in vtilitatem alterius subiecta materia patiens iux. solitum, quod litteræ non expediantur, si autem videretur pensionario litteras expedire, non teneretur inserere præmissa decreta, quæ augent expensas, & tamen ex sola motus proprij signatura fruerentur illis decretis quibus munitur & qualificatur reseru.

Ex quib.ita fuit resolutũ,&c.

IL-

CORAM ILLVSTRIS. CAR. MILLINO.

Romana Societatum. Lunæ 29. Ianuarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Societates officij inita super eodem officio, & cum eadem persona, sustinentur solum vsque ad valorem officij.*

2 *Societates officij vigore bullæ Pauli IV. contrahi non possunt vltra medietatem valoris officij, & requiritur supplicatio signata manu Papæ.*

3 *Societates vigore constitutionis Pij IV. contrahi possunt sine supplicatione, vsque ad valorem officij.*

4 *In constitutione emanata motu proprio est necessaria publicatio.*

5 *Publicatio constitutionis præsumitur, quando reperitur registrata in Secretaria impressa ab impressoribus, & publicè vendita, ac obseruata sine contradictione.*

6 *Bulla Pij IV. super contractu societatum est attendenda, non autem Pauli iiij.*

7 *Societates non possunt sustineri in excessu.*

8 *Quia officium quòd est subiectum societatis, cessat in eo, quòd societates excedunt valorem officij.*

9 *Societas sine communicatione fructuum, non potest subsistere.*

10 *Periculum societatis pro maiori commoditate contrahentium inter socios communicatur.*

11 *Per contractum societatis, non alienatur officium, sed socius admittitur ad participationem fructuum.*

12 *Titulus officij, licet sine consensu Papæ, alienari non possit, possunt illius fructus communicari.*

13 *Venditio eiusdem prædij, & illius fructuum facta pluribus personis valet.*

14 *Venditor cum teneatur solum ad factum, loco facti, succedit obligatio ad interesse.*

15 *Etsi non possit secundo emptori tradere idem prædium, vel fructus liberatur.*

16 *Secus in societate, cum non potest consistere sine officio.*

17 *Officium dicitur communicatum ei, qui est admissus in socium.*

18 *Admisso aliquo in socium, officium non est amplius communicabile.*

19 Societas vltra valorem officij non potest sustineri in vim census vitalitij.

20 De census vitalitij natura est, quod pecunia repeti non possit.

21 Census vitalitius sustinetur solum propter incertitudinem vitæ.

22 Contractus societatis est contrarius contractui census, quia dans pecunias ad societatem potest illas repetere.

23 Officium quando est in totum grauatum nihil remanet officiali periculum expositum.

24 Contractus societatis cessante periculo, non potest sustineri in vim contractus sponsionis, & quare.

25 Socius iuxta naturam societatis non subit periculum amissionis officij.

26 Quòd societas non sustineatur nisi pro valore officij semper Rota tenuit.

27 Cessante periculo vitæ, societas remanet purum mutuum, & fructus non debentur.

28 Societas non sustinetur propter periculum vitæ sine officio.

29 Societas contrahi potest super re aliena in præiudicium contrahentis.

30 Maximè quando adest probabilis ignorantia dantis pecunias ad societatem.

31 Officia non possunt subhastari, nisi cum magna difficultate, & de licentia Papæ.

32 Quod societas sine officio, vel vltra valorem officij non sustineatur, fuit pluries extra Rotam per Theologos, & Iuristas resolutum.

33 Consuetudo non obtenta in contradictorio iudicio, nihil operatur.

34 Consuetudo non inducitur ex sententijs deformibus.

35 Consuetudo non suffragatur in materia vsuræ.

DECISIO XXVIII.

HOnorius Trincius super suo officio Militis Pij valoris scutorum 500. acceperat à Lelio Bassiano diuersis temporibus plures pecuniarum summas longe excedentes valorem officij.

Dubitaui, an istæ societates officij fuerint validæ in totum, vel solum vsque ad valorem officij. Et Domini fuerunt con-
1 cordes quòd societates officij initæ cum eadem persona super eodem officio, sustinentur solum vsque ad valorem officij, & non vltra.

Mouebantur primo propter Con-

Constitutiones fel. recor. Pauli IIII. & Pij IIII. In Consti-
2 tutione enim Pauli IIII. prohibentur contrahi societates officij vltra medietatem valoris officij, & requiritur supplicatio signata manu Papæ. Constitutio verò Pij IIII. continet
3 moderationem illius Constitutionis, & permittit, vt in futurum contrahi possint societates sine supplicatione vsque ad valorem officij, & non vltra, & quamuis non inueniatur publicatio Constitutionis Pij IIII. tamen dicebant Domini, quod aut ista Constitutio fuit publicata, & societates vltra valorem non sustinentur, quia si ista Constitutio non habuit effectũ, remanet Constitutio Pauli IIII. prohibẽs cõtrahi societates vltra medietatem valoris officij.
4 Vltra quod, si publicatio est necessaria in Constitutionibus emanatis Motuproprio, illa est multum verisimilis, cum ista
5 Constitutio reperiatur registrata in Secretaria Apostolica, impressa ab Impressoribus Cameralibus, & publicè vendita, & vsque ad hanc diem fuerit semper allegata in decisione causarum, & obseruata sine aliqua contradictione, & cessat

6 secundum Dominos omnis difficultas, quia in Pontificatu Pauli IIII. expediebantur super huiusmodi societatibus supplicationes, quæ vigore illius Constitutionis erant necessariæ, & post istam Constitutionem Pij IIII. non fuerunt 8
amplius expeditæ, iuxta formam istius Constitutionis, & societates fuerunt cõtractæ vltra medietatem valoris officij, 9
& ex ista obseruantia subsequuta satis apertè declaratur, quod Constitutio Pij IIII. fuit publicata, & habuit effectum.

7 Secundo circumscriptis etiã istis Constitutionibus, mouebantur Domini, quia ex dispositione iuris communis, istæ societates non possunt substineri in excessu, neque in vim contractus societatis, neque in vim alterius contractus; Quantum enim ad contractum societatis notissima est illius forma, quod partes ineunt societatem super officio, & officialis facit participem fructuum eum qui dat pecunias pro rata parte, quam partem præter incertitudinem fructuum officij, & ad effectum euitandi labores computorum, idem officialis conducit ad rationem duodecim

pro centenario, & ideo cum dans pecunias admittatur ab officiali in socium officij, & ad participationem fructuum, in eo quod societates excedunt valorem officij, cessat officium, quod est subiectum societatis,
8 & communicatio fructuum, quorum socius pecunias conferens particeps fieri possit, & consequenter sine subiecto, &
9 communicatione fructuum, non potest consistere societas. l. verum. in fin. ff. pro socio, & 12. pro 100. percipiuntur ex pecunia, ex qua non possunt licite percipi fructus, & quamuis officium non pereat communi periculo, sed per mortem officialis totum pereat damno ipsius, contra naturam contractus societatis, tamen ex hoc non sequitur, quod officium non sit subiectū societatis, quia pro maiori commoditate con-
10 trahentium, periculum societatis inter socios communicatur, si enim officialis moritur, officium amittit, & è contra si moritur ille qui dat pecunias, amittit suum capitale, & sic in effectu compensantur pericula cum periculo.

Nec placuit Dominis, quod officia sint de regalibus, & non possint pignorari, vel obligari, & ideo licet societates absorbeant totum valorem officij, officium semper remanet integrum penes officialem, & consequenter remanet etiam subiectum societati, & res, quæ possit communicari, quia per
11 istum contractum non alienatur officium, sed socius admittitur solum, ad participationem fructuum, & in excessu non remanent fructus, qui possint communicari. Præterea licet titulus officij, non possit alienari sine consensu Papæ, ad effectum euitandi fraudes, & vt possit esse certus de vacatione; tamen respectu cōtrahentium, dummodo non mutetur persona officialis, & remaneat periculum vitæ in eadem persona, officia sunt in communi commercio, & possunt etiam in totum fructus communicari, vt
12 fuit dictum in causa Romana officij scriptoriæ 1. April. 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio, & tanto magis per viam contractus societatis, qui aliter iniri non potest, & permittitur à Papa etiam sine licentia.

13 Non obstat, quod sicut idem prædium, & fructus illius possunt

sunt vendi pluribus personis, ita pariter super officio,& illius fructibus possunt admitti plures socij: quia inter istos duos casus ratio diuersitatis est eui-
14 dens. Quando enim eadem res venditur pluribus, venditio est valida, quia cum venditor teneatur solum tradere, & sic ad factum, cuius loco succedit obligatio ad interesse, si non
15 potest secundo emptori tradere idem prædium, vel fructus illius, soluendo interesse liberatur, sed in societate secus est,
16 quia non potest consistere sine officio, & eo ipso, quod est ad-
17 missus aliquis in socium, officium est ei communicatum, & non est amplius communicabi-
18 le, & consequenter de tempore contractus nihil remanet penes socium, quod possit alteri communicari, & super eo ad quod mittere alium in socium.
19 Quod vero non possint substineri in vim alterius contractus, fundamentum Dominorum fuit, quia in vim census vitalitij propter periculum vitæ æstimabile pecunia; iuxta cons. Oldrad. 207. non potest substineri, quia de natura istius census vitalitij est, quod pecunia repeti non possit, & substi-
21 netur solum propter incertitudinem vitæ, vt per Dec. in cons. 123. sub num. 1. & ideo cum dans pecunias ad societatem possit illas repetere elapsis sex mensibus, iste contractus est
22 contrarius naturæ census vitalitij; ratione vero assumpti periculi nō potest substineri, quia
23 quando officium est grauatum in totum non existente officio, nec fructibus, nihil remanet officiali periculo expositum, pro cuius assecuratione aliquid præstari possit. l. nihil interest, & l. periculi. ff. de nautic. fœno & etiam quia nullum periculum transfertur in officialem pecunia æstimabile, cum periculum cum periculo compen-
24 setur, & cessante periculo non potest etiam substineri in vim contractus sponsionis, quia iustitia sponsionis pariter est fundata super periculo. & licet Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 6. art. 2. col. penult. & Nauar. cons. 29. num. 3. de vsur. nitantur solum iustificare istos contractus ratione assumpti periculi, & assecurationis, & in vim sponsionis; tamen vterq; eorum præsupponit existentiā, & capacitatem officij, & dubitant solum de validitate istius

con-

contractus, quia non potest reduci ad rationem census, cum capitale possit repeti finitis sex mensibus, neque potest substineri in vim contractus societatis, quia socius iuxta naturam
25 societatis, non subit periculum amissionis officij, & ideo putant illum esse reducendum ad contractum assecurationis, vel sponsionis, sed cum in isto contractu periculum cum periculo compensetur, vt dictum fuit, cessat eorum fundamentum, & contractus remanet licitus ex sui natura, & substinetur ex lege societatis, neque eget iustificatione, reducendo illum ad aliam speciem cōtractus, quem contrahentes nō intellexerunt inire, & tanto magis, cum in vim illorum contractus non possit substineri.
26 Tertio dicebant Domini non esse recedēdum ab hac opinione, quia vltra rationes concurrunt etiam auctoritates Doctorum: hanc enim opinionem semper tenuit Rota, vt patet ex multis decisionibus factis in hac materia, in causa Romana societatis de Ferris 6. Nouembris 1581. coram R. P. D. meo Seraphino, in causa Romana societatis de Luchinis 24. Ianuarij 1575. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & coram eodem in alia Romana societatis 28. Ianuarij 1591. & 20. Octobris 1595. & in alia Romana societatis 1. Iulij 1596. coram R. P. D. meo Corduba, & decisiones, quæ allegantur in contrarium non tangunt istū casum: & in eis semper præsupponitur existentia, & capacitas officij, licet enim iste contractus substineatur ratione periculi, vt fuit resolutum in causis Roman. compromissi, & Foroliuien. societ. coram bo. me.
27 Episcopo Lauretano; & ideo cessante periculo remanet purum mutuum, & fructus non debentur, vt fuit resolutum in causa Romana societatis coram bo. me. Cardinali Lancellotto, & Romana damnorum coram Cotta. Tamen ex hoc non sequitur quod societates substi-
28 neantur solum propter periculum sine officio, & quod non requiratur existentia, & capacitas officij: in causa vero Romana, seu Tusculana societatis, officium erat capax, & fuit solum resolutum societatem substineri, quia etiam super re aliena potest contrahi societas
29 in præiudicium contrahentis,

&

& præsertim cum adesset pro-
30 babilis ignorãtia dantis pecuniam ad societatem quæ in hoc casu cessat, & alia decisio, quæ allegatur in causa Romana societ. de Luchinis, quod à communiter accidentibus inspiciũtur potius fideiussores, quam officia, quæ ad colorandum contractum, & euitandam vsurariam prauitatem interponũtur non facit ad rem, quia licet habeatur respectus magis ad fideiussores, quam officia, cum
31 officia non possint subhastari, nisi cum magna difficultate, & de licentia Papæ, & à fideiussoribus sit facilior exactio, tamen ex hoc non infertur quod societates substineantur sine officio, & potius illa decisio cõfirmat hanc opinionem cum admittat contractum sine offi-
32 cio esse vsurarium, & sic Rota nunquam recessit ab hac opinione, quam etiam sequuti fuerunt multi iudices extra Rotam adhibito etiam consilio Theologorum, & omnes recentiores, qui de istis societatibus scripserunt, & demum articulo diligenter discusso. Eadem opinio placuit Congregationi ad istum effectum à Sanctissimo Domino Nostro institutæ, cui interfuerunt quinque Illustrissimi Cardinales, tres Auditores Rotæ antiquiores, & tres Theologi.

Non obstat, quod propter consuetudinem ineundi societates vltra valorem officij, isti contractus substineãtur ex bo-
33 na fide contrahentium: quia ista consuetudo non probatur obtenta in contradictorio iudicio, cum appositione partium, & effectuationi mandata, prout probari debet, & constat de contrario, ex decisionibus factis in diuersis causis, secundum quas fuit iudicatum: &
34 consuetudo non inducitur ex sententijs deformibus. Alberic. in l. quæsitum. §. si quod eodem ff. de fund. instruct. Aym. cons. 96. num. 5.

Vltra quod si probaretur nõ
35 releuaret, quia consuetudo non suffragatur in materia vsuræ, cap. quia in omnibus. de vsur. & fuit latè deductum in causa Romana societ. 2. Iunij 1570. coram bo. me. Cardinali Lancellotto.

Roma-

ILLVSTR. LANCELLOTTO.

Romana societatis. Vener. 3. Martij 1570.

SVMMARIVM.

1 ***Fructus soluti post venditionem officij, an computentur in sortem.***

DECISIO XXIX.

Conclusum quod solutiones factæ per Dominum Bargi-
1 num post venditionem officij computentur in sortē principalem, quatenus pactum lucrandi fructus post finitam societatem sit illicitum, quatenus vero sit licitum tunc non imputari debeant fructus, propterea erit videndum, an pactum sit licitum vel illicitum, de quo particulariter dubitatur.

An pactum appositum in societate inita de anno 1548. die 20. April. de scutis mille inter Lazarum Lina, & Ioannem Barginum super officio d. notariatus, in quo continetur, quod d. Ioannes Barginus teneatur subitò restituere, sine aliqua exceptione d. scuta mille finita d. societate. Illa verò durante teneatur soluere eidem certam partem omnium & singulorum fructuum, tam ordinariorum, quàm extraordinariorum, quos ipse Ioannes conclusit ad rationem duodecim scutorum pro centenario per annum, soluendorum de mense in mēsem, & in fine cuiuslibet mensis sit libera ab omni onere, & quod semper currat, & debeatur ad d. rationem etiam finita præsenti societate loco damnorum & interesse, sit illicitum, ita vt finita d. societate per venditionem d. officij solutiones fructuum sint computan. in sortem principalem.

CORAM EODEM.

In eadem. Veneris 28. Aprilis 1570.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quòd finitā societate debeantur fructus loco damnorum & interesse, est illicitum, & non roboratur aliqua consuetudine.*

2 *Bulla Pauli iiij. reprobat pacta illicita in societatibus officiorum.*

Co-

DECISIO XXX.

STante resolutione vltimo loco facta, quod pactũ soluen. fructus ad rationem duodecim pro centenario loco damnorũ, & interesse sit illicitum de iure finita societate.

An dictum sustineatur vigore assertæ consuetudinis apponen. huiusmodi pactum in similibus societatibus, & vigore bullæ Pauli iiij. & supplicationum expeditarum, ac depositione testium.

1 Conclusum fuit pactum illicitum non validari ex consuetudine Curiæ, quia consuetudo nihil operatur in vsuris cap. quia in omnibus iunct. Glos. de vsur. Rocch. in c. fin. in 3. not. de consuetud. quia vsura iure diuino, & humano est prohibita, vt latè per Couar. lib. 6. var. resol. cap. 1. num. 5. doctr. vero Bart. in l. si quis fugitiuus, §. apud Labeonẽ de edil. edict. & cætera in contrarium allegata procedunt quoad euitat. pęnæ: non quod propterea actus valeat, vt per Bero. in d. c. quia in omnibus. num. 8. cum seq. & de pœna habetur etiam per Aym. in consl. 145. num. 12. Intollerantia Pauli iiij. propter supplicationes quæ eius tem-
2 pore signabantur vigore Bullæ editæ super societatibus officiorum DD. non fecerunt aliquod fundamentum: nam omissa illa nunc disputatione, an Papa possit super vsuris dispensare, dixerũt bullam in eius prohemio & ferè per totam reprobare pacta illicita in huiusmodi societatibus, & ideò ex eo nõ lucrari hæres præter id, etiã quod societas hæc fuit contracta ante bullam, quod non extenditur ad præsentes, & in præteritis dat formam præscriptam Datario, quod debeant intra semestre notificari societates præteritæ alias annullent præterea cum super hac societate non reperiatur signata supplicatio adhuc vrget ius commune, & d. Bulla reprobans pactum hoc, vti illicitum, adeò quod in societate, de qua agitur ex alijs supplicationibus signatis super alijs societatibus non potest argui aliqua tolerantia, quia in odiosis, & concernentibus materiam peccati non fit extensio de casu ad casum iuribus vulg. &c.

R. P.

R. P. D. GYPSIO.

Romana societatis. Lunæ 9. Maij 1588.

SUMMARIUM.

1 *Societas solo consensu perfici potest.*

2 *Et pluribus modis iniri permittitur.*

3 *Societas super re aliena contracta sustinetur.*

4 *Venditio rei alienæ tenet.*

5 *Societas super officio alieno valet si habet requisita ad societatem officij necessaria.*

6 *Societas contrahitur super officio emendo.*

7 *In societatibus consuetudini plurimum defertur.*

8 *A communi obseruantia consuetudine recedere non licet.*

9 *Societatem coire non potest, qui de officio, & fructibus disponere non valet.*

10 *Officij alienatione per patrem filio prohibita, intelligitur strictè, quòd filius non possit in præiudicium patris officium, & fructus alienare, secus si pater damnum non patiatur.*

11 *In contractu societatis, tota vis residet in persona accipientis, & illius fideiussorum.*

12 *Census imposito licèt super re fideicommisso subiecta non sustineatur, sustinetur tamen in præiudicium imponentis.*

13 *Per exactionem fructuum factam à filio & applicationem ad proprio vsus, patre consentiente, dicitur recessum à prohibitione alienationis, saltem quo ad fructus.*

14 *Decreto irritanti, & clausulæ sublata renunciari potest.*

15 *Dominus officij dicitur, per cuius obitum officium vacat.*

16 *Equitas in materia societatum præferri debet.*

DECISIO XXXI.

PAter quãdam portionem Ripæ filio suo assignauerat cum solito decreto, quod illam alienare, fructus, & emolumenta exigere, aut quouis modo in ea, seu in eis se intromittere vita patris durante, & absque illius consensu nullatenus ponit huiusmodi prohibitione non obstante filius post. ali-

aliquos annos societatem super
dicta portione contraxit, seu
vt vulgo dicitur, societatem
trahendi officium accommo-
dauit.

1 Quæsitum fuit ante prædicta
societas valida necne esset, &
validam esse DD. censuerunt,
quia cum societas solo consen-
su perfici potest. l. societas
contrahit. ff. pro socio. vbi glo.
citat tex. inst. de oblig. & con-
2 sensu pluribusque modis iniri
permittitur. l. 4. vbi glo. eodem
tit. pro soc. quia societas super
re aliena contracta substinetur,
3 prout sentit Iurisconsult. in
l. quod autem, cum pluribus
sequentibus. ff. pro socio &
quidem contractus à partium
conuentione legem accipiunt.
l. stipulatur commodissime. ff.
de verborum oblig. cum simil.
4 Idcircò quemadmodum ven-
ditio rei alienæ tenet l. rem
alienam. ff. de contrahen. em-
5 pt. Afflict. decis. 364. Ita & so-
cietas super officio alieno va-
lere debet maxime cum in cæ-
teris requisitis ad societatem
officij necessaria habeat. Hinc
est quod super officio emendo
6 contrahitur societas. Put. decis.
67. lib. 3.

Eoq; magis hoc dicendum
esse DD. videbatur propter
vniuersalem Vrbis consuetu-
dinem ineundi hoc pacto socie-
tates officij, ob nimiam cu-
rialium necessitatem inductum
7 & in societatibus plurimum
consuetudini deferri. Bald. in
l. 1. quæst. 2. C. pro soc. nec
8 à communi obseruantia indu-
bitataq; mercatorum consue-
tudine recedere licet. l. mini-
me. ff. de legibus. Corn. cons.
314. nu. 12. lib. 3. Paris. cons.
98. num. 80. lib. 3. Crau. cons.
91. num. 7.

9 Nec refragatur, quod sicut
filius de officio, & fructibus
disponere non valebat, ita
etiam super illis societatem
coire non poterat secundum
Bald. in l. cum oportet. nu. 9.
C. de bon. quæ liber. Rom. cós.
471. num. 2. post med. Moder.
viden. qui in hunc sensum
alios congerunt. cons. 12. nu.
15. lib. 1. quoniam prohibitio
alienationis, & obligationis
prædicta ita restringi, & intel-
ligi debet vt filius in præiudi-
cium patris officium, & fruc-
10 tus eiusdem alienare nequeat,
secus verò si pater damnum nõ
pateretur, vt in proposito casu.

Quia communitas Tusculi,
bonam fidem recognouit offi-
cia-

cialem nudum nomen dumtaxat in societati habere declarauit, illum indemnem releuare promisit, & iuxta solitum commodum, & incommodum societatis in se suscepit, & fideiussores dedit, quæ omnia haud incognita conscio fuisse credendum est, cum à cõmuniter accidentibus idoneitas officialis
11 in modica consideratione habeatur; sed tota vis residet in persona accipiẽtis pecunias, & illius fideiussorum, quamobrem talis obligatio officij prohibita non censetur. l. idemq; §. fin. & l. seq. ff. pro soc.

Videmus in simili quod licet impositio census super re fidei-
12 commisso subiecta non valeat, nihilominus in præiudicium illius qui census imposuit substineri, vt fuit dictum in Romana Saluiani interdicti, coram R. P. D. Seraphino 9. Iunij 1587.

13 Præterea cum filius portiones fructus exegerit, illorum in vsus proprios consentiente patre conuerterit, vt benè deducunt informantes, negari nõ potest à dicta prohibitione saltem quod ad fructus recessum fuisse, quoad hunc propositum sufficere videtur. Vnde cessat obiectum de decreto irri-
14 tanti, & clausula sublata, quibus renunciari posse hæsitandum non est. Gabr. de claus. concl. 3. num. 35.

Ex istis etiam patet responsum ad Constitutionem fel. re. Pij IIII. qua cautum est societates nisi per DD. officiorũ contrahen. non esse: nam filius satis erat Dominus, quia pro-
15 pter eius obitum vacabat officium.

His postremò accedit maxima æquitas, ne tot societates iam contractæ annullentur,
16 quam æquitatem etiam maiores nostri habuerunt ante oculos, vt per Mohed. dec. 4. de const. fuit igitur ex supradictis vt dictum est conclusum societatem valere, cõmunitatemq; Tusculi per mortem Ioseph pecunias societatis lucrifecisse.

R. P. D. PENIA.

Romana societatis.
Vener. 13. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Societates ex forma Constitutionis Pij IIII. non debent contrahi per reseruatarios,*

rios, sed per Dominos officiorum.

2 *Societates officiorum contrahuntur super fructibus officiorum, & non super nudo titulo.*

3 *Socij admittuntur ad participationem fructuum, non autem tituli, quia fructus, & non officia sunt in commercio.*

4 *Ad validitatem societatis requiruntur fructus officij, & partium consensus.*

5 *Reseruatarius habet facultatem disponendi de fructibus officij, & contrahere societatem.*

6 *Bulla Pij IIII. & cons. Gabr. 63. num. 5. lib. 2. quod societas non possit iniri per reseruatarios, declaratur quādo non adest officij fundamentum, vel fructus super quibus societas contrahi possit.*

7 *Reseruatarius volens vendere officium, potest compellere titularem ad consentiendum.*

8 *Officio non praeiudicatur per assumptionem socij, sed obligantur tantum fructus pro portione.*

9 *Societas contracta ab eo, qui officij titulum solum habet, sustinetur.*

DECISIO XXXII.

LAurentius Quinquius Reseruatarius officij Militis Pij societatem scutorum centū inierat super dicto officio cū Francisco Ricchetto, qui scuta centum Laurentio dederat. Franciscus vero declarauit pecunias dare super periculo vitæ Horatij Ricchetti eius filij, cū solita clausula quod Horatio moriente morte naturali, & nō violenta Laurentius eas pecunias lucraretur.

Sed quoniā Laurentius prætendebat per mortem Horatij in flumine Tiberino submersi lucri fecisse prædicta centum, contra verò Franciscus sibi deberi dicebat ex eo potissimum, quod ab initio societas non potuerat validè contrahi cum Laurentio officij reseruatario, sed oportebat illam contraxisse cum Paulo Laurentij filio, qui de prædicto officio fuerat prouisus iuxta Constitutionem fel. rec. Pij IIII. qua cautum est societates contrahen. per Dominos officiorū non autem
1 per reseruatarios. Ideò vtraq; parte informante, quia vtraque iudicio Rotæ stare promiserat, dubitaui an societas prædicto

modo contracta fuisset valida, necne.

Et DD. omissa illa inspectione de morte Horatij, de qua si necesse esset poterat particulariter videri, censerunt societatum fuisse validam, cum socie-
2 tates istæ contrahi soleant super fructibus officiorum, & non super nudo titulo, ac de iure iniri posit. Petr. de Vbal. tracta. de duobus fratribus. par. 3. num. 25. & socij admittantur
3 ad participationem fructuum, non autem tituli, vt patet ex formula instrumenti societatis, & fructus ipsi, non officia, aut tituli officiorum sine speciali Principis licentia sint in commercio ad instar feudorum, & emphytheusis. Ruin. cons. 176. nu. 13. lib. 1. Grat. cons. 22. num. 3. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. num. 47. satis apparebat de validitate societatis. Negari enim non poterat adesse substãtiam,
4 siue fundamentũ aut materias ad societatẽ contrahen. nempè fructus officij, & partium consensum, & præsertim Laurentij
5 reseruatarij qui vigore reseruationis habebat amplissimam facultatem disponendi de fructibus officij, ex quibus consequenter poterat induci societas legitimè Bald. in l. 2. nu. 3. C. de contrahen. empt.

Quibus non obstant Gabr. consil. 63. num. 5. lib. 2. aut Pij IIII. aliorumq; Pontifi-
6 cum Constitutiones: intelligun tur enim vel quando non adest officij fundamenta, vel fructus super quibus societas contrahi possit, secus autem, vbi reuera adsunt fructus, super quibus potest assumi socius, quinimò si reseruatarius vellet
7 vendere officium potest titularis propter decretum apponi solitum compelli ad consentien.

Prædictis etiam addebant in assumptione socij non præiudi-
8 cari officio, sed solum obligari fructus pro illa portione, pro qua socius admittitur, quod est maximè iuri conforme.

Atque ex his censebant DD. multò minorem esse difficul-
9 tatem in hoc casu, quoniam si societas contraheretur ab illo, qui solum officij titulum habet, & nihilominus in eo tenuerunt societatem valere in vna Romana societatis coram R. P. D. meo Gypsio, die 9. Maij 1581.

R.P.

R.P.D. ORADINO.

Romana prætensæ societatis.
27. Iunij 1569.

SVMMARIVM.

1 *Lucro non est locus muliere decedente ex causa partus stante exceptione in instrumento.*
2 *Mulier quando dicatur decedere ex partu.*
3 *In dubio præsumitur decessisse ex partu, ad euitandum lucrum.*

DECISIO XXXIII.

FVit dubitatum an societas per obitum Virginiæ censeretur extincta taliter, quòd pe-
1 cuniæ sint deperditæ, & fuit tentum non esse extinctam, quia euenit casus exceptus in instrumento societatis, qui erat quod si Virginia moreretur ex causa partus non perde-
2 rentur, & mortua est ex causa partus, quia ante adiũctum febris, erat malè disposita, & propter ventrem passa fuit mul ta incommoda, vt dicunt obstetrices, tum quia Medici asserebant quod duo acciderunt ad causandam mortem, febris, & partus, vnde cũ partus fuerit abortiuus, & secutus fuerit post febrem, & non potest dignosci, an febris discesserit, est attribuendus obitus abortui per l.
3 huic scripta 2. ff. ad l. Aquil. 3. quia occurrente duplici causa illa præualet ex cuius parte est ille, qui vult euitare damnum, & ea præfertur illi, qui tractat de lucro potius, quando de dãno partui in dubium fauendum est.

Non obstant annotata in cap. si quis presbyterorum de homicid. quia procedunt, vbi accidens peruenit à prima causa, vt eramus in vulnere, sed hic abortus processit à febri à ventre, &c.

R. P. D. ORANO.

Romana societatis officij. Veneris 16. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Societas dicitur extincta per promotionem socij ad Cardinalatum.*
2 *Secunda societas quando dicatur contracta per renouationem primæ.*

3 homin. l. 1. C. plus val. quod ag. sicut videmus, quod si Notarius rogatus de testamento scripserit quod pater reliquit filiæ iure restitutionis, filia nihilominus dicitur instituta Bal. in l. si cũ ante, C. de donat. ante nupt. Dec. in l. si librarius. in princ. ff. de reg. iuris, quia error
4 Notarij non debet nocere partibus, l. Ambiguitas, C. de testibus, l. si librarius cũ similibus & hoc tanto magis est dicendũ quia Notarius in margine dictæ societatis initæ 10. Martij declarauerat, quod fuerat re-
5 nouata sub die 17. Febr. 1590. cui debet fides adhiberi donec contrarium probetur, Put. dec. 475. lib. 2. Vltrà quod maximã habet præsumptionem veritatis cum D. Alex. viuens exegit fructus duarum societatum, quod fieri non poterat, nisi admittatur societatem 17. Febr. 1590. fuisse initam in renouatione societ. 10. Martij 1589. contract. nam alias plus exegisset debito petendo scilicet fructus duarum societatum, quarum altera erat perempta. Vltrà quod nunquam repetijt sortem principalẽ eius societatis, quoniam per promotionem ad Cardinalatum sciuerat fuisse extinctam, vt benè hic per informantes prò Illustrissimo Domino Cardinali.

R. P. D. BLANCHETTO.

Romana societatis. Veneris 15. Maij 1578.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quòd societate disdicta debeantur fructus est illicitum.*

2 *Fructus finita societate non debentur loco damnorum & interesse non probatis requisitis.*

DECISIO XXXV.

FVit resolutum non deberi fructus pecuniarum N. Leo-
1 nis post disdictam, ex pacto enim non deberetur, quia illicitum, vt fuit resolutum in causis Rom. duorum millium, & Romana societatis coram R. P. D. meo Cotta, & R. P. D. meo Lan
2 cellotto. Minùs etiam loco dãnorum, & interesse, quia non processit protestatio hæredum Leonis, & testes non probant requisita interesse lucri cessantis iux. dec. 208. Mohed. &c.

R. P. D. MILLINO.

Romana pecuniaria. Mercurij 20. Octobris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Confessio officialis non dicitur simulata in casu de quo hic.*

2 *Officialis ex sua obligatione tenetur, etiam quod pecuniæ ad ipsum non peruenerint.*

3 *Obligati omnes respectu creditoris dicuntur principales.*

4 *Sententia inter alios acta alijs non nocet.*

5 *Confessio non potest dici simulata, quando non adest causa simulandi.*

6 *Recognitio bonæ fidei facta per mulierem dicitur simulata.*

7 *Exceptio cedendarum non obstat in casu de quo hic.*

DECISIO XXXVI.

FRanciscus Belgius accepit ad societatem super eius officio scitura 200. monetæ à Saluatore della porta, cui societati accesserunt Tarquinia Romanina, quę recognouit bonam fidem erga officialem, & Iulius Cæsar de Grandis, qui recognouit bonam fidem ergà Tarquiniam, & tam eam quàm officialem promisit releuare indemnes. Saluator disdicta societate egit contra Belgium, & contra eum fuit relaxatum mandatum. Belgius per releuatione indemnitatis egit contra Tarquiniam, & postea illa defuncta contra ipsius hæredes, & obtinuit mandatum executiuum, sed quia hæredes respondebant obligationem Tarquiniæ esse nullam, quia ipsa non receperat pecunias, & non erant adhibitæ solemnitates statutariæ ceperunt agerę criminaliter cōtra Martialem, qui stipulatus fuerat contracta societatis, & fideiussionem Tarquiniæ, & in isto iudicio Saluator examinatus deposuit pecunias non fuisse solutas Tarquiniæ, sed Iulio Cæsari
1 & A. C. declarauit mandatum executiuum relaxatum ad instantiam Belgij contra hæredes Tarquiniç fuisse nullum, ex capite simulationis, & ex alijs causis propter istam confessionem Saluatoris & sententiam
2 A. C. opponebat Belgius non posse contra eum exequi mandatum relaxatum, quia contractus societatis fuit simulatus, cum ipse non receperit, nec Tar-

Tarquinia, quæ erga eum bonam fidem recognouit, & Iulio Cæsari sine eius mandato non potuit solui. Ideò proposui dubium, an Belgius sit obligatus Saluatori vigore suæ obligationis, & contra eum possit exequi mandatum relaxatum, & DD. resoluerunt Belgium teneri, & mandatum contra eum relaxatum esse exequendum.

Fundamentũ decis. fuit quod
1 in societatibus officiorum licet officialis confiteatur accepisse pecunias, quæ verè nõ ipsi soluuntur, sed recognoscenti bonam fidem, non tamen confessio ideo dicitur simulata ad annullandam obligationem; quia propter præsumptum mandatum officialis quod soluantur ei qui recognoscit bonam fidẽ, solutio dicitur facta officiali licet cautius fiat, si accipiatur ordo officialis de soluendo ei, qui recognoscit bonam fidem.

Tanto magis, quia in isto casu concurrunt duæ recognitiones bonę fidei, altera Tarquiniæ erga officialem ex eo quod per manus Martialis habuit pecunias ab officiali, quod ostendit primã solutionem fuisse factam officiali; alia vero eodem contextu Iulij Cæsaris erga Tarquiniam, ex eo quod habuit pecunias ab ea, & licet pecuniæ non fuerint numeratæ, sufficit quod fuerint præsentes, & breui manu consensu solutæ Tarquiniæ, & per eam Iulio Cæsari, apud quem debebant remanere propter vltimam eius recognitionem bonæ fidei. Vn-
2 de cum Saluator soluerit officiali ex sua obligatione tenetur etiam quod pecuniæ ad ip-
3 sum non peruenerint. Tamen respectu creditoris omnes dicuntur principales, Paul. in l. sed Iulianus num. 3. ff. ad Maced. & fuit reuolutum in causa Romana repetitionis indebiti 9. Martij 1575. coram bo. me. Episcopo Oriolen.

Non obstat quod obligatio Tarquiniæ fuit declarata simulata, quia vltra quod illa sen-
4 tentia est res inter alios acta, ideo non nocet Saluator ex ea non infertur præiudicium obli-
5 gationi officialis, quæ non potest dici simulata; quia in eo nulla aderat causa simulandi. Bart. consil. 65. Rot. decis. 1. de donat. in nou. quæ causa secundum aliquos ex Domini in Tarquinia aderat, quia cum
6 vigore statuti non posset obligari sine solemnitatibus, &

nec etiã de iure communi fideiubere, fuit simulatum quod recognosceret bonam fidem, & reciperet pecunias, vt teneret eius obligatio, Rom. consil. 394. num. 4.

Et in hac recognitione consistit simulatio, quia verò ipsa pecunias non recipiebat, cùm eodem instanti deberent peruenire ad manus Iulij Cæsaris, l. qui sic soluit. ff. de sol.

Non obstat quod Saluator potest excludi per exceptionẽ cedendarum cum non possit
7 cedere Belgio actiones validas contra Tarquiniam propter simulationem detectam facto, & simulatione Saluatoris; quia ista simulatio detegitur ex lectura instrumenti recognitionis bonæ fidei erga Tarquiniã, quo ostendit pecunias verè nõ spectare ad ipsam quæ incontinenti illas soluit Iulio Cæsari. Vnde cum Saluator non possit cedere actiones validas ex natura obligationis; quia Tarquinia non potuit se obligare nõn potest repelli actione cededarum Niguſ. de pign. 1. membr. 5. par. num. 93. vers. fallit modo.

Non obstat quod istæ recognitiones fuerunt factæ insciõ, & absente Belgio qui cum sciret in ista obligatione esse accessuros Iulium Cæsarem, & Tarquiniam de quibus fit mentio in apoca societatis, per eum subscripta debet sibi imputare si non curauit habere releuationem indemnitatis Tarquiniæ cum solemnitatibus requisitis, & non fuit sollicitus ad quem pecuniæ deberent peruenire de quo non debebat esse sollicitus Saluator cui per obligationem Belgij erat sufficienter prouisum etiam quod obligatio Tarquiniæ non substinetur.

MO

ILLVSTR. BLANCHETTO.

Romana societatum. 28. Ianuarij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Fructus societatis inita vltra valorem officij, non debentur vltra summam excedentem valorem officij.*

2 *Societas inita vltra valorem est nulla.*

3 *Societas vltra valorem non sustinetur propter periculum vtia.*

Bulla

4 *Bulla Pij iiij. imponens pœnam officiali contrahenti vltra valorem quomodo intelligatur.*

5 *De euictione non agit, qui sciēs rem alteri obligatam emit.*

6 *Fructus societatis inita vltra valorem ratione damnorū, & interesse non debentur, nisi probatis requisitis. Castrensis.*

DECISIO XXXVII.

IN causa Romana societatum habebat duo officia Cęsar Porsilius ascendentia ad valorem aureorum 1856. contraxit plures societates, super eodē officio Petrus Marcus Martinez, videlicet primam aureorum 3800. aliam 1500. tertiā 1700. quartam 1850.

Dubitaui in Rota super validitate præfatorum contractuum ad effectū an licitè fructus potuerint percipi iuxta conuentionem societatis, vel saltem ratione damnorum & interesse, aut potius venirent computan. in sortem

1 principalem, & DD. 28. Ian. 1591. dixerunt quod in hoc casu in quo contrahens sciens, & prudens societates iniuit vltra valorem officiorum fructus non debentur iuxta cōuentionē vltra summam excedentem valorem officiorum, & debent computari in sortem Bulla enim

2 Pij IIII. clarè prohibet inire super officijs societatem vltra illorum valorem, ex quo sequitur quod talis societas nō substineatur, vt fuit resolutum coram me 24. Ianuar. 1575. in causa Romana societatis de Lucchinis, & tradit Cosim. Figl. de off. sacerd. par. 2. pag. 70. vers. quarta est. & ea est ratio, quia vbi deficit subiectum super quo societas subsistat contractus in vim societatis valere non potest. l. verum. §. fin. ff. pro soc. & necesse est vt resoluatur in mutuum.

3 Nec obstat periculum vitæ consideratū cuius ratione possunt emi certi redditus ad vitā ementis, quia quando emuntur certi redditus sors principalis repeti non potest, hic dissoluta societate sors principalis venit restituenda, præterea adest prohibitio expressa Papæ.

4 Nec obstat quod imponat pœnam officiali nō autem creditoribus, quia procedit quando officiali inscio plures societates cum alijs contraxit, & illas,

illas non reuelat; hoc autem casu est idē socius, & super ijsdem officijs inita societas ita vt
5 bene potuerit scire valorem officiorum, & sicut illi non est perspectum de euictione, qui scients, & prudens rem alienam, vel alteri obligatam emit. l. si fundum. C. de euict. Ita nec huic debet Bulla suffragari, an autem fructus pecuniarum ce-
6 dant loco damnorum, & interesse ratione lucri cessantis, Rota voluit semper probari requisita per Paul. de Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco. Put. decis. 39. lib. 1. Chisan. decis. 79. & coram me in causa Romana census 4. Decembris 1574. & infinitis alijs causis, quæ an concurrant hoc casu, vel ne poterit particulariter videri.

ILLVSTRIS. BLANCHETTO.

Romana fructuum societatum. Ven. 20. Oct. 1595.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur iuxta valorem officiorum.*

2 *In societate omnia emolumentā ad vnum pertinere non possunt.*

3 *Societas non contrahitur super fructus, sed super officio.*

DECISIO XXXVIII.

1 Domini dixerunt Petro Marco Martinez deberi tantum fructus ad rationem deceni pro centenario iuxta valorem officiorum non autem integri fructus ipsorum officiorum, quia verba Bullæ, & resolutio Rotæ hoc expressè dicunt.

Nec obstat quod fuerint cōtrā ex societates habito respectu ad omnes fructus officio-
2 rum, quia repugnat naturæ contractus pro socio, vt omnia emolumenta ad vnum tantum pertineant. l. si non fuerit. §. final. ff. pro soci. esset enim potius emptio fructuum, quàm societas, si datis pecunias ad societatem omnes fructus officij
3 percipere deberet preterea societas nō contrahitur super fructibus sed super officio ad cuius partem admittitur qui dat pecunias, & ad euitan. fructuū liquidationem permittitur taxatio ad certam quantitatem. Ideò dummodo ipse habeat tot fructus, qui ascendāt ad rationem taxatam pro concurrenti quan-

quãtitate valoris officij, est sibi satis superq; satisfactum, etiam si fructus maiores percipiantur ex ipso officio postquam taxationem acceptauit ad rationem decem pro centenario.

R. P. D. BLANCHETTO.

Romana Pecuniaria.
Lunæ 5. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Per solutionem factã à principali liberatur fideiussor.*
2 *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis actio tam contra principales, quàm contra fideiussores.*
3 *Decius cons. 99. declaratur.*

DECISIO XXXIX.

Resolutum fuit mãdatum decretum contra R.P.D. Stufam reuocan. ex tota enim
1 serie facti, quæ præsupponitur constat ipsum fuisse liberatum ab obligatione, qua erga
2 R.P.D. Arcimboldum tenebatur: cum enim ex pecunijs habitis à Thoma Pallauicino in societatem, cuius bonam fidem recognouerat D. Germonius fuisset satisfactum Incasato creditori alterius societatis eius-
2 dem Germonij, cui D. Stufa accesserat solutione eius, quod debebatur, fuit extincta omnis actio Incasati, tam contra prin-
1 cipales, quam contra fideiussores instit. quibus mod. toll. oblig. §. 1. l. tam mandatori. C. de non numer. pecun. Socin. cons. 263. num. 1. lib. 1. Quod autem ex pecunijs acceptis ad societatem officij à Thoma fuerit extincta prædicta societas primo habeatur ex declaratione D. Lupi del Cãpo med. iuram. qui licet declaret per verbum do, tamen cum subiungat de proprijs pecunijs se non soluisse, non secundum suam credulitatem, sed secundum rei veritatem testatur. Cum igitur de proprijs pecunijs nec ipse nec D. Arcimbold. soluerit necesse est fateri de pecunijs d. D. Germonij fuisse satisfactum prædictæ societati quibus adminiculatur partita Lauaiani.
3 Nec hoc casu intrat cons. Dec. 99. quia non procedit quando principalis debitor ipse soluit, tunc enim creditor cedendo iura sua nihil cedit cum receptione sui crediti omnia remaneant sublata.

Non

Non obstat depositio secundi testis, dum asserit inter D. Germonium, & D. Arciboldum actum fuisse, vt D. Stufa remaneat obligatus, quia imputent sibi, quod eam viam aggressi sunt, per quam ipsum à fideiussione liberarent. Debebat enim protestari D. Arcimboldus, quod secundam contrahebat societatem, vt liberaretur ab Incasato, qui ipsum molestare volebat, & præseruare sibi iura competentia vigore primæ obligationis quod si fecisset, & iura contra prædictum Stufam præseruasset non amisisset. & ex his, & alijs deductis per D. Stufa Domini dixerunt mandatum fuisse iniustum, & per consequens reuocari.

ILLVST. BLANCHETTO.

Romana societatis. 14. Nouembris 1583.

SVMMARIVM.

1 Societas consensu perficitur.
2 Error excludit consensum.
3 Renouatio societatis facta tempore infirmitatis nominati est erronea.

DECISIO XL.

Domini tenuerunt Christophorum iuxta decisionem alias factam teneri ad restitutionem pecuniarum Oliuerio:
1 cum enim contractus societatis ex consensu perficiatur, l. societatem, ff. pro soc. nihil magis
2 excludit consensum quando error, l. si pro errorem, ff. de
3 iurisd. omn. iud. de errore autem Oliuerij manifestè apparet, quia ignorauit in ratificatione nominatam vitam R.P.D. Bandini, qui error verisimilis est. Nemo enim tam supinus & socors reperiri posset, qui sciẽs se posse lucrari breui 1550. scutorum summam nouam faceret obligationem quam & pristinum debitum augeret, & spem imminentis lucri perciperet. Nec obstat quod potuerit facere, qui si conualuisset infirmus obligatus fuisset soluere pecunias quando non ad creditum proprium, sed alienum commodũ consequebatur Oliuerius eximendo se ab obligatione cum Christophoro proprio nomine contracta, & licet post elapsos quindecim dies teneretur ad solutionem tamen poterat differri solutio per aliquot

quot dies, vt potuisset reperire pecunias, & cum ipse prius dixisset malle officium vendere quam societatem renouare patet quod imminente solutione non reformidabat, de hac etiam ignorantia constat ex dicto primi testis, qui dicit, quod Oliuerius post exhibitum sibi instrumẽtum nihil replicauit, & non dicit legisse instrumentum, & coadiuuatur ex dicto secundi testis super secundo articulo, vbi expresse dicit, quod in officio asserebant Oliuerium ignorasse statum prioris societatis. Non obstat quod ratificatio sit descripta in fine instrum. quia ex istis omnibus apparet ignorantia Oliuerij, & ipsum bona fide processisse.

R. P. D. IVSTO.

Romana societatis. Veneris 16. Februarij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Translationis periculi vitæ intimatio, fieri potest durante semestre soluto, vt effectum habeat elapso illo semestre.*
2 *Contrahentium mens, est potius attendenda quam verba.*
3 *Verba sunt intelligenda cum effectu.*
4 *Verba elapso quolibet semestre quomodo intelligantur.*
5 *Dictio, prout, stat similitudinariè.*
6 *Et est repetitiua omnium qualitatum, quæ concurrunt circa actum cui fit assimilatio.*
7 *Disdicta fieri potest durante semestre.*
8 *Pacta sunt seruanda.*
9 *Disdicta non reuocat societatem determinatam ad sex menses, sed reuocat beneplacitum illis elapsis.*
10 *Quindecim dies dantur ad deliberandum, post certificationem factam socij.*
11 *Disdicta est finis beneplaciti.*
12 *Dictio, deinde, est ordinis designatiua.*
13 *Quindecim dies dati ad deliberandum currere debent à die intimationis, infra, vel post semestre.*
14 *Decisio Putei 68. lib. 3. quomodo intelligatur.*
15 *Verba prout disdicta sunt generaliter intelligenda.*
16 *In dubio pronunciandum est, pro non lucro societatis.*

DECISIO XLI.

Contracta fuit societas quadringentorum scutorum in fauo-

fauorem D. Franciſci Marentij
ſuper periculo vitæ ipſius, cum
D. Angelo Iacobillo ac ſuper
officio Militis S. Petri die 12.
Decembris anni 1588. quam
ſocietatem in ſe ſuſceperunt
D. Fuluius Carrara, & alij pro-
mittentes d. D. Angelum rele-
uare indemnem, & in inſtru-
mento fuit appoſitum pactum
ſcilicet duraturam ad ſex men-
ſes proximè futuros, & deinde
ad beneplacitum ambarum
partium cum diſdicta 15. die-
rũ in forma cum facultate tamẽ
elapſo quolibet ſemeſtre, dum-
modo non fuerunt percepti fru
ctus ſemeſtris transferendi hu-
iuſmodi periculum vitæ in aliã,
ſeu alias præcedente tamen
intimatione quindecim die-
rum quæ poſſit fieri prout di-
ſdicta, & vni ex fideiuſſoribus
acceſſuris, ſeu eorum alicui,
&c. Durauit ſocietas vſque ad
diem 12. Iunij 1595. cum ſolu-
tione fructuum, ſed interim die
6. præcedenti eiuſdem menſis
nondum elapſo ſemeſtri ſoluto
facta intimatione dicto Angelo
Franc. tranſtulit periculum vi-
tæ in perſonam Domini Mat-
thæi Barquarij, & Lucæ Maren
tij, & deinde die 25. eiuſdem
menſis Iunij defunctus eſt, &
quoniam infra ſemeſtre ſolutũ
erat facta translatio quod vi-
detur contra pactum in ſocie-
tate appoſitum, & non curre-
rant quindecim dies poſt duo-
decimum diẽ Iunij ad diẽ eius
obitus prætendebatur pecunias
ſocietatis eſſe lucratas, ideo
die Veneris 16. Februar. 1596.
propoſui dubium extra Rotã,
an eſſet locus lucro dd. ſcuto-
rum quadringentorum, vel po
tius executioni inſtrumenti,
in caſu, & ad effectum de quo
agitur, & Domini reſoluerunt
non eſſe locum lucro ſed exe-
cutioni inſtrumenti; ratio fuit,
quia verba pacti videntur cla-
ra, nam debet præcedere inti-
matio 15. dierum, & elapſo ſe-
1 meſtri ſoluto transferri pericu-
lum, ergo intimatio fieri poteſt
durante ſemeſtre ſoluto, vt in-
tret effectus mutationis pericu-
li ſtatim elapſo illo ſemeſtri a-
lias contra pactum expreſſum
duraret periculũ ſuper vita pri-
mi per 15. dies elapſo ſemeſtri
2 ſoluto, & mens contrahentium
inſpicienda eſt etiam magis
quam verba l. vltima, C. quæ
res pignor. oblig. poſſ. l. in con-
uentionalibus, ff. de verb. obli-
gat. l. ſi tibi pecuniã in fine. vbi
Bart. num. 2. Alex. num. 3. ff. ſi
cert.

cert. petat. Corn. conf. 303. nu. 9. lib. 3. & copiosè Tiraqu. in l. si vnquam in §. libertis, n. 47.
3 C. de reuoc. donat. verba autem intelligenda sunt cum effectu, l. 1. §. Hæc autem verba, ff. quod quisquam iuris. Bart. in l. Hensenius. in princ. ff. de re iud. & in l. si stipulatus fuero in numero, ff. de verb. oblig. & ideò intimatio quidē, & translatio fieri potest durante semestre soluto, vt habeat effectum ipso semestre finito.
4 Nec videtur quod ex hoc illa veiba elapso quolibet semestre reddantur superflua quæ important, vt ante elapsum semestre non possit fieri translatio periculi vitæ, vt in his verbis, elapso termino dicit Bart. in l. cū stipulatur sim. 113. sub num. 5. ff. de verb. oblig. & est communis opinio, vt ibi per Ias. sub num. 8. nam imò dant normam effectui translationis, vt non fiat intempestiuè, & ita procedit doctrin. Bart. & communis opinio, quia excludit officium ante lapsum termini, quod idem est in casu nostro.
5 Præterea exprimitur in pacto quod fieri possit prout disdicta, quæ dictio, prout, stat similitudinariè. Bart. in tract. ad reprimen. in §. prout post princ. vers. ad cuius intelligen-
6 tiam, & est repetitiua omnium qualitatum, quæ concurrunt circa actum, cui fit assimilatio c. si duo fratres, §. fi. de proc. in sexto, Bal. in l. ædita in secunda lectura, num. 109. C. de eden. &
7 ibi Glos. in §. prout. vbi Bart. num. 28. & Salyc. num. 4. sed disdicta durante semestre fieri potest, intimatio de stylo cuius copia data fuit pōt etiam
8 fieri de iure, quia verba pactorum & conuentionum id demonstrant quæ sunt seruanda, l. in conuent. ff. de verb. oblig. l. 1. §. si deueniat, ff. de pact. l. comm. ff. de reg. iur. societates enim fiunt ad sex menses duraturæ, & deinde ad beneplacitum cum disdicta quindecim
9 dierum, quæ disdicta non reuocat societatem determinatam ad sex menses, vel ipsius semestris, in quo sunt soluti fructus, sed reuocat beneplacitum post sex menses solutos quod fieri potest etiam durante societate, l. actione, §. renunciari ff. pro soc. & est necessarium si socius non vult amplius durare
10 societatem, Dec. conf. 208. Beros. conf. 204. in princ. lib. 3. & illi 15. dies dantur ad deliberan-

randum post certificationem factam socio mediante intimatione, Corn. cons. 75. præsertim sub num. 15. lib. 3. alias vlterius semper duraret societas, quia illa dictio, & deinde ad beneplacitum, habet tantum aliquẽ tractum, & iste tractus dicitur esse ab initio vsque ad finem & comprehendit tempus quod sequitur post terminũ expressè præfinitum, & de eo quod procedit nihil ponit l. stipulatus ad diuidendum, §. 1. ff. de verb. oblig. Glos. & omnes in l. qui ante calumnias eo citato cum alijs per Bart. & Socc. in l. 2. §. creditum, ff. si cert. pet. fi-
11 nis autem illius beneplaciti est disdicta, Corn. Dec. & Beros. vbi supra, & ex his sequitur quod huiusmodi disdicta non possit dici intempestiua iuxta terminos l. si conuenerit, §. qui tamen ff. pro soc. l. act. §. item is qui societatem, & §. item sciẽdum, & §. Labeo autem, & l. sed si socius, §. fin. ff. eod. quia
12 verum quod illa dictio, & deinde, est ordinis designatiua, l. 2. §. deinde est ord. desig. l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. & sic designat quod antequam cum effectu renuncientur societati, ita, vt non remaneant iura societatis totum semestre debet esse elapsum, Aret. in l. si ita quis num. 2. ff. de vulg. & consequenter disdicta, quæ fit ante lapsũ durat in suo robore post lapsum, & societas remanet post terminum disdicta.

13 Neque necessarium est quod currant quindecim dies ad deliberand. dati post semestre quia hoc non dicitur in pacto nulla lege cauetur, sed currere debent à die intimationis infrà semestre, vel post semestre. Et adimpletur pactum quandocumq; intimatio per 15. dies præcedat effectum disdictæ, &
14 ita esse intelligen. Put. decis. 66. lib. 3. vbi intimatio facta fuit elapso semestri, & ideò remanebant quindecim dies ad deliberand.

15 Neque videtur verum, quod illa verba, prout disdicta referri debeant ad mandatum exequ. non ad tempus, quia cum relatio sit generalis, nulla ratio suadet vt restringatur, & ideo generaliter sunt intelligenda, l. de pretio, ff. de publ. cum simil.
16 Quin imò res suadet totum contrarium ne sit locus lucro potiusque repetitioni cui in re dubia magis est fauendum, Ias. in l. sufficit num. 1. ff. de cond.

cond. indebit. & in terminis societatis quod præferatur fauor volentis euitare damnum amissionis pecuniarum potiusquam tractantis de lucro est decis.coram Sanctissimo D.N. tunc Rotæ Auditore in Romana societatis 27. Iunij 1569. sic in hoc casu non est locus lucro sed repetitioni, &c.

R.P.D. BLANCHETTO.

Romana fructuum societatum.
Veneris 26. Aprilis 1591.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non debentur ratione lucri cessantis, seu damni emergentis deficiente mora.*

2 *Interesse lucri cessantis non probatur ex potentia propinqua lucrandi.*

3 *Nec ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones pecunias inuestiendi.*

4 *Sed requiritur quod de tempore interpellationis debitoris creditor haberet certam occasionem pecunias inuestiendi.*

5 *Interesse ab initio conuentum in hac societate non debetur.*

DECISIO XLII.

Domini dixerunt fructus occasione societatum exactos
1 per Petrum Martini non potest cedere loco damnorum, & interesse ex causa lucri cessantis, seu damni emergentis, quia deficit principale requisitū videlicet mora debitoris, l. lecta vers. nec ante sortis,& vers. sed cum sortis,ff. si cert. pet.l. in hac in fi. ff. de cond. Cano-
2 nistæ in c. salubriter de vsur. non probatur etiam lucri cessantis interesse ex potētia propinqua lucrandi, prout requirit Paul.de Castr.in l.3.§.nunc.
3 ff.eo. quod cert. loco, quia ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones pecunias ad lucrum collocan. Rota non censuit probatam istam potentiam lucri propinquam licet aliud alias coram bo. me. Grat. in vna Anconitana pecuniaria
4 senserit, cum requiratur in specie probatio, quod tempore interpellationis debitoris creditor haberet certam occasionem pecunias inuestien. vt per Alex.in l.diuortio.in princ. numer.23.ff.solut. matr. c. cum venerabilis.quinta de exempt.

Franc. Marſ. deciſ. 167. lib. 2. Cagn. in l. vni. num. 41. C. de ſent. quæ pro eo, & fuit ita reſolutum in pluribus cauſis.

5 Nec etiam poteſt peti vti intereſſe ab initio conuentum, quia ſaperet vſurariam prauitatem, & conuētionis huiuſmodi nulla eſt habēda ratio tam iure diuino quàm humano, vt tenuit Rota in ea Romana vſurarum coram R. P. D. meo Decano 16. Decembris 1569.

Ex quibus & alijs allegatis Domini cenſuerunt pro rata, pro qua ſocietates ſuſtineri non poterant fructus exactos cedere in extinctionem ſortis principalis.

ILLVSTR. CARD. MILLINO.

Romana ſocietatis officij. Mercurij 28. Ianuarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Societas contracta ſuper duobus officijs non diſſoluitur per venditionem vnius ſi aliud quod remanſit erat capax.*

2 *Sed ſi non eſt capax remanet pro rata.*

DECISIO XLIII.

Domini concluſerunt, quod ſi officium, quod remanſit
1 erat capax totius ſummæ per venditionē alterius officij ſocietas non diſſoluitur, & in hoc caſu materia eſt clara, quoniam hanc opinionem ſæpè ſecuta fuit Rota in cauſa Romana de Lactinis coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & in cauſa Romana de Ferris coram Illuſtriſſimo D. meo Patriarcha Alexandrino & coram me in cauſa Romana cenſus 30. Oct. 1602.

2 Si vero officium non eſt capax totius ſummæ cenſuerūt ſocietatem pro rata, cuius eſt capax ſuſtineri quia illa pars, quæ remanſerat affert eandem vtilitatem, quam in toto reſpectu totius, & propterea ceſſat in hoc caſu ratio indiuiduitatis in qua ſe fundant informantes, Bart. in l. ſtipulat. non diuid. in 3. qu. ff. de ver. oblig. & fuit late deductum in dictis deciſionibus.

REVERENDISS. CORDVBA.

Romana prætensæ societatis 1. Iulij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Societas contrahi potest super officio non habente massam certam, & num. 3.*

2 *In hac societate nõ attenditur, an fructus, qui percipiuntur ex officio respondeant fructibus societatis.*

4 *Super notariatu Rotæ iniri potest societas.*

DECISIO XLIV.

CVm præsupposito officium proxenetæ seu sensalis Ripę non habeat massam neque aliquos fructus certos de ordine Sanctissimi extra Rotam dubitaui an super dicto officio potuerit contrahi societas ad 12. pro centenario, vel potius contractus soluatur in simplex mu-
1 tuum, & licet hinc inde multa allegentur placuit Domini pars affirmatiua, dummodo societas non excedat valorem officij, quia in his societatib. in cõstitutionib. Põtificum duo præcipuè considerantur, primum quod officium per mortẽ eius, in cuius vita residet, vacet, secundum quod societas non excedat verum valorem officij vt constat ex constitution. 260.
2 Pij iiij. fol. 977. tom. 1. Bull. non autem attẽditur quod fructus, qui percipiuntur ex dicto officio respondeant fructibus societatis, vt fuit dictum in vna Romana de Lucatellis 24. Ian. 1575. coram Illustriss. Blanchetto.
3 Non obstat, quod officium non habeat massam certam, & certos fructus, & inde nõ adsit subiectum super quo fundetur societas, quæ nõ potest iniri super re, quę non est l. verum §. si. ff. pro socio: nam Domini respondebant, quod satis est, quod officium habeat tuta priuilegia, ex quibus percipiantur fructus certi, & licet non habeant certos redditus, habent tamen aliquod certum ex instrumento super quo dicta so-
4 cietas potuit iniri, & placuit simile quod cùm Notarius Rotæ non habeat certos fructus, nisi quos laborando lucretur, & tamen super valore ipsorum societates imponuntur, vt in Constitutione Pij iiij. & super illis alias fuit resolutum.

ILLVSTRIS. LVDOVISIO.

Romana societatis 10. Maij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Societas vltra valorem officij data scientia vtriusque contrahentis non sustinetur.*

2 *Et sufficit scientia officialis.*

3 *Societas consistit solum inter dantem pecunias, & officialem.*

4 *Iniri non potest cum non habente officium.*

5 *Et alij accedentes etiam insolidum obligati non dicuntur socij.*

6 *Recognitio bonæ fidei nil commune habet cum societate.*

7 *Promissio indemnitatis non facit quod alius quam officialis sit socius.*

8 *Principalis est ille, ad quem pecunia peruenit ex duobus obligatis intellige, vt ibi.*

DECISIO XLV.

ANtonius Mainardus super periculo suæ vitæ dedit plures pecuniarum summas, constituentes insimul scut. 2700. ad societatem officij super officio Cursoratus Iacobi Brambillæ valoris scutorum 1850. in quibus societatibus diuersæ personæ recognouerunt bonã fidem erga officialem. Dubitaui præsuppositа pro nunc partita scutorum 1100. de cuius veritate erit viden. an dictæ societates fuerint in totum validæ, vel vsque ad valorem officij tantum, & Domini nemine discrepante voluerũt societates esse validas, & sustineri vsque ad concurrentem valorem officii, cũ enim adsit scientia tam dantis pecunias, quàm officialis recipientis succedit decis. R.P.D. Mellini in Romana societatis 29. Ian. 1601. in qua post longam discussionem resolutum data sciẽtia vtriusq; contrahentis societates vltra valorem non sustineri, tam ex forma Constitutionũ Summorum Pontificum quam ex dispositione iuris communis, in qua decisione respondetur decisionibus quæ hodie etiam allegantur in contrarium, & ferè omnibus quæ deducuntur per informantes pro totali validitate. 1 2 3

Nec facit quod in casu dictæ decisionis non interuenerunt recognitores bonæ fidei, qui interuenerunt in casu isto, de quo

2 quo agitur, & quorum scientia non probatur quia fuit responsum sufficere scientiam Brambillæ officialis, cum quo Mainardus prudens, & sciens con-
3 traxit, quia contractus societatum consistit solum inter dantem pecunias, & officialem, quod patet ex lectura instrumentorum societatum, & ex
4 natura societatis quæ non potest iniri cum eo, qui rem non habet, & sic cum non habente officium, vt benè per Gabr. cons. 63. num 5. per tot. lib. 2. & alij accedentes etiã quod se
5 vti principales, & insolidum obligent non possunt aliquo modo dici socij. Gabr. d. cons.
6 num. 6. & recognitio bonæ fidei, nihil habet commune cum societate, & nõ celebratur cum dante pecunias, sed fit inter officialem, & alios acceden.

Quæ eò magis procedunt in societatibus, de quibus agitur, cum fuerint contractæ inter Mainardum, & Brambillam officialem sine aliqua expressione, quòd alius esset recogniturus bonam fidem, & recognitio fuit facta posteà ad partes, & ideò non fuit habitus respectu ad personam recognoscen
7 tem bonam fidem, & promissio indemnitatis non immutat qualitatem principalis obligationis, nec facit quod alius quã officialis sit socius, Gabr. vbi supra num. 7. vers. nec refert.

8 Non obstat, quod quando duo obligantur, & pecunia ad vnum peruenit, ille qui pecuniam recipit censetur principalis, Glos. in l. sed & Iulianus, §. si interdum, ff. ad Maced. & in l. vir & vxor, §. fin. in Glos. vltima ff. ad Velei. quia id procedit inter ipsos obligatos, non autem respectu creditoris pecuniam soluentis, Aym. cons. 76. num. 3. fuit etiam dictum in vna Romana repetitionis indebiti 16. Nouembris 1573. coram Robusterio, & in Romana Doganæ 4. & 21. Iunij 1581. coram Cantuccio, & recognitores non habuerunt pecunias à Mainardo, sed ab officiali post societates contractas perfectas, & fideiussores præstitos in separato instrumento, vt per Gabr. d. cons. num. 8. & ita resolutum.

VOTVM SERAPHINI.

Romana societatis officij.

SVMMARIVM.

1 *Verba vbi sunt clara, cessant cauil-*

cauillationes Aduocatorum.
2 *Mors naturalis quæ dicatur.*
3 *Boccaccius in loco allegato repræbenditur.*
4 *Submersus in flumine nando dicitur mortuus naturaliter contrarium, num. 5.*
6 *Mors excepta à morte naturali, non dicitur mors naturalis ad effectum lucrandi.*
7 *Mortuus in flumine nando non dicitur mortuus violenter.*
8 *Ratio exceptionis mortis violentæ quæ sit.*

DECISIO XLVI.

Casus præpositus caret omni prorsus difficultate maxime stante extensione obligationis factæ de Iudicis mandato in qua excipiuntur casus mortis violentæ, & exprimitur inter violentas, mors illata vi, ferro, aqua, igne, veneno, &c.
1 Ideo cum Baldo dici potest, vbi verba sunt clara cessare Aduocatorum cauillationes quod, vt clarius appareat, sciendum est mortem naturalem eam propriè dici, quæ ex causa infirmitatis intrinsecæ sine vlla extrinsecus adhibita occasione incurritur, Hinc illud Virgilianum Aen. 4. loquens. de morte Didonis.

Tum iuno omnipotens longum miserata dolorem.
Difficilisq; obitus, Irim dimisit olympo
Quæ luctantem animam, neuosq; resolueret artus.
Nam quia nec fato, meritam nec morte peribat
Sed misera ante diem, subitoq; accensa furore
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, strygioq; caput damnauerat orco.

3 Neque attendi debet auctoritas illius boni viri, qui de societatibus officij tractatum edidit. num. 167. vbi tradit
4 eum, qui nando in flumine submergitur mori morte naturali non violenta, & citat Guliel. de Bened. in cap. Raynuci
5 in verbo mortuo num. 19. quia non intellexit quid sibi voluerit Benedictus agebat enim illo in loco de differentia inter mortem naturalem, & ciuilem, & tradit mortem, quæ combustione, præcipitatione strangulatione aut submersione, vel fame infertur dici naturalem largo modo, scilicet ad differētiam mortis ciuilis, per quam non

non confirmatur testamentum, sed per solam mortem naturalem, quoties anima separatur à corpore per tex. in l. si mater. C. de institut. & substitut.

Et hæc Benedicti auctoritas, manifestè decidit hunc casum, cum ab eo æquiparentur combustio, præcipitatio, strangulatio, submersio, & fames, vnde cum ista in exceptione fuerint expressa debent omnia sub vna, & æquali determinatione comprehendi, sed etiam si concedamus (quod tamen expresse negatur) hanc dici posse naturalem mortem, tamen cum à
6 morte naturali reperiatur excepta mors, quæ vi, ferro, aqua, igne, veneno, &c. infertur dicendum est hos casus fuisse exceptos à morte naturali, & sub ea non comprehendi, perinde, ac si dictum fuisset excepta morte ex febre, quæ licet sit naturalis, tamen exceptio eam eximeret ab obligatione ex speciali paciscentium volunta-
7 te. Ridiculũ vero & id quod deducitur hanc fuisse voluntariã mortem, & non violentam, cum certum sit eum qui animi causa nando in flumine, vi fluminis absortus non voluntarie perire, sed lassatum vi fluminis victum perijsse, vt est text. elegans in l. qua actione. S. sed si quis de ponte ad l. Aquiliam. & iste casus comprehenditur inter casus, qui ex vi maiore peruenire dicuntur, vt optime tradit Alciat. de verbor. signif. lib. 19. in verbo vis maior, qui videatur.

8 Neque verum est quod ratio dispositionis sit, ne præbeatur occasio captan. mortis, sed est generalis, ne qui morte violenta pereunt subiaceant damno amissionis pecuniarum, quod patet ex eo, quod excipitur mors ex partu, in qua non potest cadere hæc ratio captatæ mortis, ideò non est restringenda exceptio ex hac ratione, quæ non applicatur generaliter ad omnes casus quẽadmodum potest etiam ex lapsu tegulæ sine facto hominis inferri vulnus læthale ex quo mors sequatur.

Concludo itaque hanc quęstionem omni prorsus carere difficultate, & non esse locum lucro pecuniarũ per hanc mortẽ, quod si quęreretur ab aduersarijs, quomodo vellent applicare casum mortis, ex aqua qui tamen fuit exceptus à naturali nõ video quid esset dicturi, nec

quo pacto exceptionem euasuri.

R. P. D. IVSTO.

Auximana societ. Vener. 3. Martij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Verba ita tamen faciunt conditionem.*

2 *Conditione non purificata, non adest consensus, & nulla oritur obligatio.*

3 *Clausula non alias, aliter, nec alio modo denotat omnino abesse voluntatem.*

DECISIO XLVII.

FRanciscus de Siluestris iuxta formā mandati quod fecerat, volebat obligari sub conditione vt statim fieret erga ipsum per ambos procuratores recognosc. bonæ fidei:
1 nam illa verba, ita tamen, faciunt conditionem. Luc. de Pen. in l. 1. §. vers. ita tamen. C. de collat. fund. patr. lib. 1. Rebuff. in concord. §. 1. de mand. Apost. vers. ita tamen,
2 qua conditione non purificata non adest consensus, & ideò nulla oritur oblig. l. sicut. C. de act. & oblig. l. cedere diem. ff. de verborum significat. præser-
3 tim quia adest clausula, non alias, aliter, nec alio modo, quæ denotat omnino abesse voluntatē secundum Bald. Alexan. & alios cap. 1. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. in vsibus feud. Alex. cons. 3. n. 5. vers. & licet lib. 1. adeò vt clarum sit non constare de sufficienti mādato pro validitate societatis eo modo quo contracta est.

MO REVEREND. DAMASCENO.

Foroliuien. Societatis 13. Ianuar. 1614.

SVMMARIVM.

1 *Societ. ad 12. pro centenario fieri non potest super officio non vacabili.*

2 *Fructus rerum non vacabiliū præsumuntur æquare sortem spatio 20. annorum, & sic sunt quinque pro centenario.*

3 *Nec illud plus percipi potest ratione periculi vitæ.*

4 *Societatē contrahere super solo periculo vitæ non licet.*

5 *Ita*

5 *Ita, nec eius partem.*

6 *Argumentum de parte ad partem, sicut de toto ad totum valet.*

7 *In officijs vacabilibus non est verum, quod pars fructuum soluatur pro periculo vitæ.*

8 *Sed quia officia ita reddere solent.*

9 *Vendens officium non vendit tali pretio quod reddat 12. pro centenario.*

10 *Officialis non soluit 12. pro centenario propter periculũ vitæ, quã illud cõpensat.*

11 *Officiali amittente officium, dans pecunias deberet amittere capitale.*

12 *Propter maiorem contrahentium commoditatem adinuentum est, quod moriente officiali amittat officium, & manente dante pecunias illas amittat.*

13 *Societas super solo periculo vitæ fieri non potest, quia deficeret subiectum communicantium rem aptam producere damnum & lucrum.*

14 *Nec societas ista posset substineri tanquam census vitalitius.*

15 *Census vitalitius sortitur naturam emptionis, & venditionis.*

16 *In societate ista pretium non fit recipientis.*

17 *Nec sustineri potest tanquam sponsionis contractus.*

18 *Periculum vnius anni personæ sanæ, & iuuenis tanti, non valet.*

19 *Pactum continens vnicam summam, dicitur indiuiduum.*

20 *In indiuiduis licitum propter illicitum vitiatur.*

21 *Societas in qua capitale est saluum non sustinetur.*

22 *Concessio Papæ quod super tali officio possint contrahi societates intelligitur si concedatur ad vitam.*

23 *Papam voluisse permittere vsuras non est dicendum.*

24 *Consuetudo faciendi contractus societatum super officio non vacabili, nil valet.*

25 *Constitutiones Apostolicæ, vel præsupponunt, vel disponunt quòd super officio non vacabili, non possit contrahi societas ad 12. pro centenario.*

26 *Papam voluisse dispensare super contractu prohibito non est dicen.*

D E-

DECISIO XLVIII.

DVbitaui an mandatum A. C. esset reuocan. ex deductis pro Gnocchis, & Castellinis satis superq; constare videbitur officium Cancellariæ ciuilis Foroliuien. super qua fuerunt factæ societates de quibus agitur esse non vacabile, & propterea difficultas reducebatur solum ad illud,
1 ante societas ad rationem 12. pro centenario anticipate, & sub periculo vitæ dantis pecunias, vel alterius nominati per eum sicut communiter fiunt super officij vacabilibus, ita etiam possent fieri super non vacabilibus, super quo articulo DD. inhærendo decisionibus, aliàs in simili materia factis, nempè in alia Foroliuien. societatis officij 1. Iulij 1596. coram Corduba, & Romana societatis 14. Ian. 1613. coram R. P. D. Pamphilio, negatiuam partem amplexi fuerunt moti, quia neque de iure communi, neque ex indulgentia ciuilium Constitutionũ de hac materia loquent similis contractus sustineri potest.

Non de iure communi, quia
2 fructus rerum non vacabilium præsumuntur æquare sortem in 20. annis, & sic reddere ad rationem quinque pro centenario. Glos. in Auth. perpetua verb. iuxta. C. de sacrosf. eccles. Ias. in l. si fundum per fideicommis. num. 5. ff. de leg. 1. Rom. cons. 369. num. 9. vers. secundo, si consuetudo. Corn. cons. 15. num. 2. lib. 4. Afflict. decis. 284. inf. Natta. consil. 498. num. 10. Crauett. cons. 189. num. 6. inf. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glos. 6. nu. 19. vbi de cõmuni vnde quod est promissum, vsque ad 12. remanet sine fundamento rei aptæ producere fructus, & sic erit ex causa fænoris omni iure prohibitum.

3 Non obstat quod illud plus soluatur ratione periculi vitæ dantis pecunias, quia sicut
4 non licet simpliciter constituere sortem super solo periculo vitæ, vt infra dicitur, ita nec li-
5 cet facere societatẽ cuius pars stet super solo periculo vitæ,
6 quia valet argumẽtum de parte ad partem, sicut de toto ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei vend. c. pastoralis, & ibi glo. in §. 1. verbo citationis. de officio deleg. c. iur. gen. §. adeo. ff. de

ff. de pact. l. qui scit de vsuris, neque etiam verum quod
7 in officijs vacabilibus pars fructuum soluatur socio pro peri-
8 culo vitæ, quia imò soluuntur ex eo, quia dicta officia ita consueuerunt reddere, & ista ratio solet exprimi in illorum promissione, & taxatione, & vt patet ex communi formula prædictarum societatum, quæ etiam fuit seruata in proposito casu, ibi promisit facere participem fructuum dicti officij, sed quia aliquando plures, aliquando pauciores &c. reduxerunt ratam ad rationem 12. pro centenario, nec tollit assumptum, quod si dans pecunias non curreret periculum vitæ minimè haberet 12. pro centenario, quia sunt consideran. duæ personæ distinctæ, prima
9 est illa, quæ vendit officium super quo contrahitur societas, & non est dubium quod ipse non venderet officium tali precio, quod posset reddere 12. pro centenario in perpetuum, & absque vacabilitate. altera
10 persona est ipse officialis, qui assumit socium, & iste non soluit 12. pro centenario propter periculum vitæ socij, sed quia res super qua contrahitur societas ita fructificat socius vero iure compensat periculum vitæ, quod currit cum officiali recipit periculum, quod ipse officialis currit cum vendenti officium pro ipso socio. etenim secundum rectum tramitum,
11 cum moriente officiali perdatur officiũ, socius deberet perdere capitale implicatum in dicto officio ad not. in l. cum duobus. §. quidam sagaria. ff. pro socio. l. Mutius, ff. eodem titulo. si merces. §. si maior. ff. locati. §. illud. inst. de societ. Cardin. Tolet. in specie de instruct. sacerd. lib. 5. cap. 4. vers. immò est 4. Rota in causa Romana soc. 29. Ian. 1601. coram Illustrissimo D. Millino,
12 sed propter maiorem negociātium commoditatem, quos magis interest currere periculum propriæ vitæ, quam alterius, quia si per propriam mortem amittũt pecunias cessant etiam indigere expensis, adinuētus est iste modus quod socius non currat periculum vitæ officialis cum vendente officium; sed loco istius currat periculum vitæ propriè cum ipso offiaiali, & sic periculum cum periculo compēsatur Tolet. vbi supra, Rota in Romana societ.

societ. coram Mellino, ex quibus patet non benè inferri de periculo vitæ de quo in societatibus officij vacabilis, quia in illis periculum est intrinsecum, & de natura rei, in istis autem est extrinsecum, & nihil habens commune cum negotio societatis.

13 Quod autem, vt supradictum est non possit fieri societas officij, super solo periculo vitæ probatur quia tamquã societas non posset sustineri, ex quo deficit subiectum communicantium actionem reddere lucrum, & damnum, vt est necessarium in societate l. ver. §. fin. ff. pro socio. Gabr. cons. 63. num. 5. & 15. lib. 2. Mant. de tac. & ambig. lib. 6. tit. 2. numer. 18. & tit. 24. num. 35. Rota in causa Romana de Nellis 1. Nouembris 1608. coram R. P. D. Attrebaten. & in Perusina bonorum 18. Decembris 1609. coram R. P. D. Manza-
14 nedo, non etiam posset sustineri tanquàm census vitalitius, quia ibi datur pecunia, vt perpetuo sit apud recipientem, &
15 sic in hoc sortitur naturam emptionis, ex quo pretium fit recipientis ad l. exempto in princip. ff. de act. empt. & ius exigen. certum quid vita durante potest deseruire pro re empta, & sic concurrunt tria requisita contractuum emptionis & venditionis, nempè res, pretium, & cõsensus Glos. l. pacta conuenta in princ. verb. ex pretio. ff. de contrahen. empt.
16 in isto autem contractu societatis ad sex menses pretium non fit recipientis, sed remanet soluentis solo periculo amissionis in casu mortis, quod verbum amittere prout cõmuniter apponitur in societatibus, & maximè ponderan. quia ex hoc apparet dominium pecuniarum remanere apud ipsum dantem, quia aliàs non posset amittere ad l. decem. ff. de verborum obligat. & sic iste contractus nil habet commune cum censu vitalitio, in quo dominium pecuniarum committitur arbitrio, & fiunt illius, qui constituit se debitorem census.

17 Non denique sustineretur, tãquam sponsio, vt volunt aliqui quia in sponsione solus euentus cõditionis habetur per causa obligationis. l. a Titio, ibi nihil in causa est quare ea pecunia conclusione expleta non debeatur. ff. de verborum obligat. Strach. post Castr. in

ter-

terminis sponsionis . tractat. de spons. part. 2. numer. 3. & proinde secundum hunc contractum pecunia amittenda propter euentum mortis non esset danda ab initio, sed deberet quis recipere pretium sponsionis puta scuta 12. & se obligare ad centũ in casum mortis iuxta tertiam speciem sponsionis, de qua per Strach. vbi supra p. 2. num. 4. & sic cessaret periculum vsuræ ex quo nullũ posset considerari mutuum, sed cum ille qui dat duodecim velit ab initio centum in manibus satis apparet quod illa 12. non dantur pro solo periculo, sed pro mutuo saltem simul, & mixtim, quod etiam probatur ex alio, nempè quia periculum di-
18 cti vnius anni maximè personæ sanæ & iuuenis, cum quibus plerumq; fiunt istæ societates tanti, non valet, vt notum est quæ mixtura illiciti sufficit ad
19 annullandum totum pactum de soluen. 12. cum enim pactum contineat vnicam summam dicitur indiuiduum, Bald. cons. 32. nu. 1. lib. 2. Alc. cons. 143. num. 2. lib. 7. Put. decis. 323. num. 1. & 7. lib. 1. Rota in causa Salamantina pensionis corã Bubalo relata inter diuers. impress. decis. 221. n. 1. part. 2. in Melfien. sponsionum coram Cantuccio relata in decis. 33. num. 6. & 18. dicta part. 2. & in Melfien. fructuum relat.
20 decis. 709. par. 1. in indiuiduis licitum propter illicitum vitiatur, Bart. in l. grece. §. illud. numer. 3. ff. de fideiuss. Rom. cons. 450. num. 4. Alex. d. cons. 143. num. 3. lib. 7. Natt. cons. 479. nu. 29. Bisignet. decis. 4. nu. 3. de app. Rota in dictis decisionibus 709. num. 10. par. 1. & 33. num. 17. par. 2. & magis in specie, Natt. cons. 498. nu. 1. cum plur. seq. Rimin. iun. cons. 400. numero 116.

Non obstat si negetur officium super quo fuerunt factæ istæ societates reddere tantum quinque pro centenario, & asseratur immò reddere 12. nam omissa magna inuerisimilitudine quod officia non vacabilia reddant tantum in illis partibus quantum officia vacabilia in alijs eo quod res non vacabilis possit tantum reddere maximè libera ab omni fortuitu casu, vt fuit stipulatum in instrumento de cuius executione agitur etiam hoc concesso incidimus in aliam non minorem difficultatem nempe

inæ-

inæqualitatis; quia officialis ex re participata lucrabitur æquales fructus & non subit periculum amissionis capitalis, sicut
21 socius, quod genus societatis, vt capitale sit saluum est omni iure improbatum, l. si non fuerint cum not. ff. pro socio l. 1. vbi Bald. numer. 11. C. eod. tit. Glos. in c. plerique verb. negociat. 14. q. 3. Abb. in c. nauiganti num. 10. de vsur. Sot. de Iust. & iur. lib. 1. qu. 6. artic. 2. vers. quæstio & in respons. ad tertiam. S. Anton. in sum. part. 2. tit. 1. c. 7. Castr. cõs. 55. nu. 1. & per tot. lib. 2. Rom. cons. 238. num. 7. & 8. Soccin. cons. 145. num. 13. Rimin. iun. cons. 463. num. 7. & 8. Rota in causa Romana rescissionis contractus 12. Nouembris 1558. coram Oradino, Palaz. qui de veriori & com. in cap. per vestras not. 6. §. 11. num. 6. de donat. inter virum & vxor. de magis approbat. & comm. Natt. cons. 403. num. 1. 4. & 5. de comm. pariter testantur, Ias. cõs. 174. n. 18. lib. 2. Lup. in dicto c. nauig. cap. 3. §. 1. nu. 24. vers. potissima etiam de vsur. Plot. de in lit iuran. num. 498. vers. limita 1. Couarr. var. resol. lib. 3. c. 2. num. 3. Bursat. cons. 320. num. 9. & super hoc adest particularis Constitutio Sixti V. incip. detestabil. auar. sub dat. Kal. Nouemb. 1586.

Minus facit quod quando Papa concessit Ciuitati Foroliuien. Cancellariam super qua sunt factæ istæ societates dederit facultatem credendi super
22 illa societates officiorum quia hoc est intelligen, quatenus per Communitatem venderetur ad vitam, & sic concurrentibus terminis habilibus iuxta not. in l. vt gradatim, ff. de muner. & honor. quia aliàs dicend. esset Papam concessisse facultatem
23 faciendi societates vsurarias, & iniustas, quæ interpretatio non est sumenda, l. Saluianus auito, ff. de leg. præst. l. ex pacto in principio, ff. de vulg. & pupill. Bal. cons. 91. num. 2. lib. 4. Rom. cons. 62. nu. 4. Crauett. cons. 5. num. 14. Rol. cons. 27. num. 43. lib. 3.

24 Non item obstat, prætensa consuetudo faciend. similes contractus, quia tanquàm nutritiua peccati nihil valet, sed immò potius corruptela est appellanda, cap. fin. de consuet. Glos. in c. quia in omnib. verb. multi de vsur. Natt. cons. 498. num. 24. latè Rimin. iun. cons.

400.

400.num.31.cum plurib.seqq. Rota in causa Romana census 13.Iunij 1594. coram Blanch. in Vrbeuetana census 6. Iunij coram Gypsio, & magis in specie in causa Romana societatis officij 17. Maij 1602. coram Attrebaten. & hoc quoad ius commune.

25 Quo verò ad Constitutiones Apostolicas tãtum abest quod emanauerint ad releuandam dispositionem iuris, quod imò emanarunt ad coercendam nimiam horum licentiam in hac materia, vt non nisi super officijs vacabilibus posset fieri, vel disponunt, vt voluit Rota in supradictis causis Romana soc.off.prima Iul.1596. coram Corduba Foroliuien. soc. 23. Febr. 1611. coram Lancellotto & Romana societ. 14. Ianu. 1613. coram R.P.D. Pamphilio, vel saltem semper præsup-

26 ponunt, & cum ista species cõtractus sit de sui natura mala, & nutritiua peccati, vt supra probatum est nefas esset dicere quod Papa super illa voluerit aliquid dispensare, c. super ea de vsur. Natt.cons.498.nu.20. & seq. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 1. num. 8. Roland. cons. 55. num. 15. & 16. lib. 2. Rota in causa Romana damnorum, & intereſſ.3.Iun.1575. coram Cotta relat. inter diuers. impress. decis.67. numer.3. part. 1. in Vrbeuetana census.6.Iun. 1599. coram Gypsio in Romana census 13.Iun.1594. coram Blanchetto, & alias sæpe.

R. P. D. ROBVSTERIO.

Romana cessionis. 10. Iunij 1575.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor reportata cessione à principali creditore potest agere insolidum contra confideiussorem intellige, vt numer.2.*

DECISIO XLIX.

IN causa Romana cessionis per Fabritium de Fabijs ex vna, & Dominos filios, & hæred. q. Camilli de Astallis ex altera dubitaui stantibus nonnullis præsuppositis in facto, an D. Lelius cum d.cessione potuerit agere contra hæredes q. Camilli principaliter, & insolidum cum dicto Lelio obligatos, & pro qua rata. Et quoad primam partem

1 tem dubij fuit conclusum Lelium potuisse agere insolidum contra hæredes Camilli, ex quo Camillus, & Lelius inter se essent confideiussores, vt Rota alias tenuit tamen respectu principalis creditoris erant insolidum obligati, vnde sicut principalis creditor potuisset cõtra quemlibet ipsorum agere insolidum ita stante cessione facta ab ipso creditore in fauorem D. Lelij potuit etiam contra ipsum insolidum agere. Dec. conf. 99. post Bartol. in l. Modestinus, ff. de solut. cuius opinionem dixerunt Domin. veram quicquid dicat ibi Imol.

2 Hoc autem intelligi debet, nisi coram A. C. fuisset legitimè oppositum de protestatione Pauli officialis, qui noluit teneri ad releuationem fideiussorum etiam si essent eis iura cessa nisi pro duabus partibus, & executio facta insolidum fuisset nulla, si vero non fuisset oppositum tunc executio potuit fieri pro tribus partibus licet hodie debeatur vna pars ex tribus quare hodie hæredes Camilli opponun.

Ex actis colligitur resolutio quoad secundam partem dubij, &c.

R.P.D. CAVALERIO.

Romana releuationis indemnitatis. 7. Febr. 1611.

SVMMARIVM.

1 *Terminum suscipiens ad soluend. approbat antea gesta.*

2 *Ratificatio societatis contractæ per procuratorem, ex quibus inducatur.*

DECISIO L.

INformante tantum D. Horatio vti hærede bon. mem. Corradini Vrsini. Domini dixerunt sententiam A. C. esse confirmandam.

Constabat enim D. Marium præuia recognitione bonæ fidei in quadam societatem officij se obligasse releuare indemnem D. Corradinum mediante persona Pauli Fusci procuratoris sui qui habebat facultatem in specie ad acceden. quibuscunque societatibus, & ad recognoscendam bonam fidem.

Quibus accedebat ratificatio D. Marij, qui alias citatus ad soluen. fructùs suscepit

1 terminum. I. ad solutionem

C. de

C. de re iud. Rom. conf. 9. in fi. Franc. in c. sollicitudinem sub num. 14. de appell. Felin. in c. quoad consultat. num. 15. & seqq. de re iud. latè Gabr. de appell. concl. 3.

2 Præterea aderant litterę missiuæ eiusdem D. Marij, in quibus rogabat D. Corradinū, vt renouaret societatem cum promissione de ipsum liberando, ad tradit. per Paris. consil. 127. num. 32. & seq. vol. 1.

Denique constabat eundem D. Marium soluisse plures fructus huius societatis ex partita Banchi illorum de Donis, vnde ratificatio videtur clara. l. Paulus. ff. rem ratam haberi cum vulg. &c.

R. P. D. BLANCHETTO.

Romana societatis officij. Merc. 9. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Societates contractæ pro extinctione primæ cedunt ad commodum debitoris primæ stante declaratione.*

2 *Secus deficiente dicta declaratione.*

DECISIO LI.

1 FVit resolutum D. Iacobum Antonium teneri ad releuan. D. Io. Baptistam indemnem ab omnibus societatibus initis præterquàm à tertia, quia cū prima societas fuerit inita ad cōmodum Iacobi Antonij omnes aliæ, quæ fuerunt posteà contractæ cum declaratione Ioan. Baptistæ, debent cedere commodo, & incommodo ipsius, excepta tertia, in cuius cōtractu non præcessit declaratio, quæ ideo est necessaria, vt principalis debitor non possit fraudari lucro, quod inde prouenire potuisset.

Nec obst. quod ex partitis, & alijs deductis per D. Io. Baptistam appareat, quod pecuniæ huius tertię societatis cesserint in extinctionem alterius, quæ

2 præcedebat, quia ex hoc non in satisfactum Morono. Poterat enim Io. Baptista allegare se satisfecisse de proprijs pecunijs animo recuperari à Morono, vel dicto suo debitore, non vt ipsum ad nouam societatem obligaret, quo vero ad alias societates, ideò tenetur Moronus quia ipsum interpellatum fuisse ad soluen. con-

stat ex eius epistolis Io. Baptistę scriptis, vt ex declaratione Io. Baptistæ erat certus de lucro, si illi locus factus fuisset, & ita decisum, &c.

R. P. D. MILLINO.

Romana de Perottis.
Lunæ 3. Decembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio de qua hic debet fieri in actu instrumenti.*

2 *Vaga, & incerta nihil operatur.*

3 *Fructus ratione lucri cessantis, non debentur nisi probatis requisitis Castren.*

DECISIO LII.

FVit per Dominos resolutum mandatum contra Dominos de Perottis non esse exequen. fundamentum reso-
1 lutionis fuit quia licèt præcedat protestatio Numæ post finitam societatem à D. Martia de Victorijs, ad commodum, & incommodum Dominorum de Perottis, & deinde illinc ad tres dies accepit ab ea pecunias ad societatem, tamen ista protestatio non est sufficiens, quia erat necessaria declaratio tempore initi instrumenti societatis qualiter pecuniæ accipiebantur ad commodum, & incommodum Dominorum de Perottis, vt essent certi de contractu societatis, & succedente casu mortis potuisset pecunias lucrari, quia aliter fuisset in potestate Numæ prout ei magis expediebat iuxta euentum rei dicere istam societatem fuisse initam ad commodum, & incommodum illorum, vel sui ipsius.

2 Mouit etiam Dominos qualiter ista protestatio est vaga, & incerta cum contineat qualiter volebat accipere pecunias ad societatem à D. Martia, & alijs quibuscunque personis, nec in ea exprimitur per acta cuius Notarij, & ideo non poterant Perotti facile iustificare, sub cuius vitæ periculo pecuniæ starēt, vt posset esse locus lucro in casum mortis. Aliqui etiam ex Dominis existimabant qualiter si protestatio fuisset formiter facta nihilominus fructus nō deberentur, quia Numa est principalis, & non fideiussor, in quo casu procedit decisio, quæ allegatur coram Card. Blancheto,

ro, & ideò cum sit principalis, non potest illos petere, neque 3 ratione lucri cessantis, quia nõ probatur requisita. Paul. Cast. in l. 3. §. vltimo. ff. de eo quod certo loco, neque ratione damni emergentis, quia non constat, quod fuerit passus aliquod damnum, nec haberet necessitatem recipien. istas pecunias ad societatem à D. Martia.

Non obstat alia decisio, quæ allegatur, quod sola declaratio, etiam non intimata sufficiat, quia in illo casu declaratio fuerat facta in ipso contractu societatis, & fuerat factus locus lucro pecuniarum, & in isto casu protestatio tenet in præiudicium protestãtis, etiam non intimata, licet non noceat ei, contra quem fuit facta. l. sed & si socius. §. 1. ff. pro socio.

Non obstat susceptio termini ad soluen. quia non est attendenda metu mandati executiui, & satis sit detectus error istius confessionis.

R. P. D. ORADINO.

Romana societatis 2000.
9. Maij 1567.

SVMMARIVM.

1 *Clausula resolutiua, an referatur non solum ad casum renouandi, sed ad promissionem de dandis fideiussoribus.*

2 *Societas in casu prædicto, an sit valida.*

DECISIO LIII.

1 Dubitatum, quod præsupposita clausula resolutiua contractus cum disdicta, de qua in instrumento referatur nedum ad casum renouandi, sed ad promissionem de dandis fideiussoribus, an pactum, 2 & societas prædicta possit dici licita, stante rescripto Papæ fuit resolutum per maiorem partem, societatem fuisse disdictam non obst. extrauagan. Paul. quia obstaculum fuit sublatum per supplicationem in qua virtualiter inest substantia instrumenti. non obstat illa ratio, quod si cautio de dandis fideiussoribus referatur ad priuationem societatis, quod societas resoluatur, quod sequeretur conuentio illicita, & dans pecunias lucraretur fructus saluo capitali, quia respondetur quod non lucratur fructus, sed tenebatur eos restituere tãtum pro rata, quia de facto durat so-

cietas, vel restitui in totum resoluto contractu, in omnibus, & restitutis vtrique pecunijs facit cons. Alexan. 117. nu. 5. volum. 1.

9 *Contrahentes non præsumuntur cogitasse de insolitis.*

DECISIO LIIII.

MO
REVEREND. DAMASCENO.

Romana societatis officiorum.
Ven. 16. April. 1612.

SVMMARIVM.

1 *Lucro pecuniarum est locus moriente dante pecunias de ordine iustitiæ.*

2 *Dicta mors non potest dici illata ab homine, quia attribuitur legi.*

3 *Vel saltem non potest dici illata violenter.*

4 *Mors violenta dicitur, quando causatur à nocumento extrinseco.*

5 *Mors quæ infligitur de ordine iustitiæ, licet sit violenta, non potest dici illata ab homine.*

6 *Vel saltem non potest dici illata violenter.*

7 *Ratio exceptionis mortis violentæ quæ sit.*

8 *Verba debent intelligi secundum naturam actus, qui geritur.*

QVidam Ioan. Baptista Canaparius dedit pecuniarũ summas ad societatem officiorum cum solito pacto quod moriente ipso Io. Baptista morte naturali, non violenta illata ab homine, ferro, veneno, aqua, igne, vel aliàs quomodolibet violenter pecuniæ lucrifierent à socio. euenit quod idem Io. Baptista ob sua delicta per manum iustitiæ laqueo suspensus perijt, fuit coram me dubitatum, an per istam mortem factus esset locus pacto de superlucrandis pecu-
1 nijs, & pro affirmatiua conclusum, quia verè ista est mors naturalis ad differentiam ciuilis, vt per Bald. cons. 8. num. 3.
2 lib. 4. nec potest dici illata ab homine, quia mors, quæ infligitur de ordine iustitiæ non attribuitur homini, sed legi, vt in tex. in c. homicidas, & in c. si homicidium. in fi. 22. q. 5. latè prosequitur Modern. Fanen. tractat. de societ. c. 29. per totum, cum ius rationes placuerunt DD. & quatenus pos- 3
sit

fit dici illata ab homine, non tamen erit illata violenter, pro-
3 ut requirit pactum cum sit illata secundum legem, & rationem. c. quos Deus. verb. violentiam 33. quæst. 1. vbi gloss. Non obstat, quòd immo erit illata violenter ad homine, quia verè non est ipsa lex, quæ occidit, sed carnifex, vnde si carnifex nunquàm percuteret, nũquàm moreretur cõdemnatus, est. n. violẽta, quia semper dici-
4 tur mors violenta, quando causatur à nocumento extrinseco, vt videtur de mente Bald. dicto consil. 8. & late tradit D. Thom. in summ. part. 3. quæstio. 14. artic. 2. vbi propterea concludit, quod licet Dominus noster passus fuerit voluntariè, iuxta illud Isaiæ Oblatus est, quia ipse voluit, eius tamen mors fuit violenta, quia causata à nocumento extrinseco, quia respondetur mortem quidem Ioan. Baptistæ
5 fuisse violentam ad differẽtiam merè naturalis, quæ causatur à nocumento intrinseco, sed non propterea posse dici illatam ab homine, vt vult pactum, quia homo in hoc casu seruit tanquam merum instrumentum, & res inanimata, vt in dicto cap. homicidas, & c. si homicidium,
6 vel saltem quatenus posset dici illata ab homine, non erit illata violenter, vt habetur in aduerbio violenter positum in fine pacti, quod illud totum qualificat. c. olim. de rescript. l. 1. C. de lib. præt. l. doli. vbi Bart. in summa. ff. de seru. corrupt. Alexan. cons. 101. nu. 10. lib. 3. Decian. cons. 70. nu. 19. & seq. lib. 3. Nec facit, quod immo dicitur illata violenter, & proueniat in nocumento extrinseco super allegato, quia dũ partes morti inferendæ per hominẽ addiderũt verbũ violenter, voluerunt aliquid plus, quam nocumentum extraordinariũ, vnde aduerbium violenter staret otiose, & sine misterio contra regulam, de qua in c. si Papa. de priuileg. in 6. in l. quàm. in prin. vbi gloss. verb. frustrà. ff. de leg. 1. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. num. 9. Rom. cons. 180. nu. 5. Alexand. cons. 11. num. 11. lib. 2. & consequenter illud aduerbium violenter debet intelligi, quod sit illata, ab homine cõtra ordinem iustitiæ, quia non reperitur talis violentia, quæ possit adesse & abesse à morte illata per hominem, quã

ista quæ apponitur iustitiæ.

Et iste intellectus suadetur
7 ex eo, quia exceptio mortis illatæ ab homine non videtur adinuenta ob aliud, quàm ne aliàs per illum, qui est lucraturus pecunias parentur insidiæ vitæ illius qui dedit pecunias. Etenim antiquis temporibus in quibus societates per mortem officialis vacabant ad lucrum Cameræ Apostolicę non fiebat ista exceptio, sed quomodocumque moreretur officialis erant amissæ pecuniæ societatis, cum igitur istud periculum cesset in morte, quæ infertur de ordine iustitiæ debet cessare, & cautela ad not. in l. 1. vbi Bald. in prin. Salic. & Castr. num. 1. C. de naut. fenor. Glos. in l. 3. ver. propinquæ mortis. ff. de donat. cau.
8 mor. Rom. cons. 404. num. 9. & quatenus verba omnino repugnent debent intelligi secundum naturam actus, qui geritur, Bald. cons. 343. in princip. lib. 1. Crauett. cons. 3. nu. 3. & illud quod verisimiliter fuit cogitatum. Bald. cons. 159. n. 5. vers. nam verba. lib. 3. Ang. cons. 249. Crauet. consil. 3. num. 11. & periculum vitæ modernarum societatum subrogatum in locum vacationis officij de quo in antiquis societatibus, quæ sicut nunc, ita & tūc contingebant in quocunque genere mortis, quatenus verba omnino non repugnant, censendum est subrogatum cū ijsdem qualitatibus, ad regulam subrogatum de qua per Gabr. titu. de regul. iur. concl. 2. per totum, vbi ponit multa similia.

Non obstat, quod & in morte illata de ordine iustitiæ possent cadere insidiæ, puta in subornandis testibus, vel corrumpendo Iudicem, quia istæ sunt res nimis insolitæ, & ante
9 longe petitæ, de quibus non præsumuntur contrahentes cogitasse. Ang. cons. 176. nu. 2. Dec. cons. 14. num. 2. Gozzad. cons. 94. num. 42. Siluest. cons. 16. num. 24. Roland. cons. 45. num. 3. 20. 22. lib. 3.

Quæ dicebantur quod Ioan. Baptista post sententiam capitalem effectus fuerit seruus penę, & inde finita societas, vnde de tempore eius mortis non affuerit, quod vacaret, & similiter quod societates fuerint contractæ, & in vtroque foro obligati, illi qui eas receperunt vnde non potuerint lucrifieri per mortem Ioan. Baptistæ fuerunt

runt per DD. reseruata ad aliam inspectionem.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Romana societatis.
Lunæ 1. Iulij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Super officio proxenetæ contrahi potest societas.*
2 *Lucro pecuniarum est locus moriente dante pecunias, vel nominato durante societate.*
3 *Ratificatio societatis, ex quibus inducatur.*
4 *Societas an dissoluatur in totum, per restitutionem partis capitalis.*
5 *Solutio in dubio non refertur ad debitum cuius dies non venit.*
6 *Testes singulares non probant.*
7 *Confessio extraiudicialis est probanda per testes contestes.*
8 *Exhibere, & quando quis teneatur iure actionis, vel officio iudicis, & de differentia horum casuum.*

DECISIO LV.

Adrianus contraxit societatem scut. 200. ad sex menses duraturam, cum disdictæ ad beneplacitum super officio cuiusdam Ripę proxenetæ sub periculo vitæ Claricis eius vxoris, cum accessione inter alios Io. Baptistæ qui bonam fidem recognouit. durante primo semestre obijt Clarix, post cuius obitū Adrianus prætendens societatem ab eo non fuisse ratificatam, vel saltem ante obitum Claricis fuisse dissolutam egit pro restitutione sortis principalis contra Ioan. Baptistam, coram A. C. à quo sententiam fauorabilem reportauit, & causa in gradu appellationis ad me deducta. Dubitaui an sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & fuit per DD. resolutum sententiam esse reuocandam. Potuit
1 enim fieri societas super hoc officio Proxenetæ vt fuit dictū die 1. Iulij 1596. coram D. meo Corduba, & de ea sub periculo vitæ Claricis, constat ex publico instrumento, vnde cum illa
2 obierit durante societate Ioan. Baptista iuxta pactum erit illam superlucratus, & accipiēs

non potuit ad restitutionem sortis condemnari. Nec visum
3 fuit DD. posse dubitari de ratificatione Adriani. Stante solutione scut. 200. facta Ioan. Baptistæ per bancum in hanc causam de eius mandato, quæ fieri non solet, nisi post perfectã societatem quod probat illius ratificationem ad l. Paulus. ff. rem rat. hab. & tenuit Rota in alia Romana societatis, coram Illustrissimo Millino 28. Ianu. proximè prçteriti, maxime quia ista allegatio defectus ratificationis repugnat promissioni ipsius Adriani qui ex articulis, & testibus probare intendit scuta 97. fuisse soluta ad computum societatis. l. decem. ff. de verborum obligat. l. manumissionis. ff. de iust. & iur.

4 Non obstat, quod ex solutione scut. 97. ante obitum Claricis, videatur dissoluta societas, quia omissa quæstione, An ad hunc effectum sufficiat solutio partis quod pendet à verisimili contrahen. intẽtione discedẽdi à tota societate, vel eius parte elicita ex circumstantijs facti ad l. actione. in princ. vbi Bart. in fi. ff. pro soci. Bald. in l. vend. in fi. & ibi Salyc. in fi. ff. eodem tit.

Fuit dictum non constare solutionem prædictam fuisse factam in hanc causam, quicquid enim conentur dicere aliqui ex testibus examinatis ab Adriano veritas est, quod ipse vti procurator Io. Bapt. ad exig. solitus erat exigere eius pecunias, vt patet ex mandato, & partitis, etiam istæ, quas Ioan. Baptista destinauerat pro emptione cuiusdam vineæ adhuc curauerat sibi restitui à quodam suo debitore fuerunt consignatæ Adriano pro facienda dicta emptione, & deponunt testes Claricis Francisca olim famula Adriani, quæ in eius prima relatione, cui magis standum est, quam secundo dicto valde suspecto de subornatione dict. Ioan. Baptistã dixisse Clarici filiæ, & vxori Adriani, quod illæ erant pecuniæ pro emenda vinea, & sic non potuit illas Adrianus sibi vendicare in extinctionem societatis. l. 1. in princ. ff. de solut. maxime quod pro ea Io. Baptista non erat adhuc debitor, cum solutio harum pecuniarum fuerit facta de mense Septembris, & sic in secundo, vel tertio semestri, per quo fuit contracta societas. l. actionem.

nem, §. item qui societatem, vbi Glos. ff. pro soc. & fuit aliàs consideratum coram Blāchetto in vna Romana societatis 16. Martij 1579. & facit quod solutio in dubio non refertur ad
5 debitum cuius dies non venit, l. 3. ff. de solutio. nec ad eam, ad quam soluens compelli non poterat, l. cum ex pluribus. la seconda, ff. eodem titulo.

Non obstant testes examinati ab Adriano, quia tertius loquitur tantum de tractatu, & nihil concludit nisi de sua credulitate, quartus deponit tantum de auditu à Clarice de quibusdam pecunijs in genere,
6 & etiā vltrà exceptiones quas patiuntur sunt singulares, & nihil probant, vt per Gabr. concl. 2. de test. num. 1. præsertim quia loquuntur de confessione
7 extraiudiciali, quæ probanda est per testes contestes, vt per Gabr. vbi supra num. 5.

Non obstat, quod Io. Baptista non exhibeat quietantiam dictarum pecuniarum in qua prætendit Adrianus continere causam solutionis, quia non constat Io. Baptistam illam habere, quod plenè probandum est, l. 3. in princip. & ibi Glos. in §. sciendum. in verbo summatim, in f. ff. ad exhib. & ex relatione Franciscæ potius cōstat remansisse penes Adrianum, seu eius vxorem vnà cum pecunijs, & in omnem euentum Io. Baptista iurauit illam non habere, neque dolo desijsse habere, quod sufficit, cum ad hanc exhibitionem non teneatur iu-
8 re actionis, sed officio Iudicis, iuxta distinctionem, Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. An vero hæredi. num. 1. in fin. ff. de ede. 1. in l. si creditor, nu. 4. vbi Castr. etiā nu. 4. C. de pign. act. quicquid dicendum sit si iure actionis cogi potuisset, vt loquitur Afflict. dec. 330. & alia in contrarium allegata, & ità tenuit Rota 1. Febr. 1588. in vna Esina bonorum coram Illustrissimo Blanchetto.

R.P.D. LANCELLOTTO.

Romana subhastationis bonorum. Lunæ 7. Iulij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor vigore cessionis agit contra principalem debitorem societatis.*

2 *Fideiussor primæ societatis contrahens secundam pro illius extin-*

extinctione ad hoc vt possit pratendere fructus, debet declarare contrahere ad commodum, & incommodum debitoris primæ.

3 *Inter ipsos obligatos principalis est ille, qui habuit pecunias, & bonam fidem recognouit.*

DECISIO LVI.

Dominus Abbas Lippomanus recepit ad societatem à Reuer. P. D. Barberino super eius officio scu. 1500. auri, & D. Spinola, qui pecunias accepit recognouit bonam fidem & cum promiserit releuare indemnem ipsum Abbatem disdicta d. societate Abbas obtinuit ab Auditore Cam. mandatum contra Spinolam pro releuatione indemnitatis, & accepit ad societatem eādem summam ab alijs ad effectum soluen. primam societatem, cum protestatione quod omne commodum, & incommodum huius secundæ societatis ad ipsum quemlibet pertineret, deinde vigore mandati ab A. C. relaxati obtinuit subhastari, & sibi deliberari quædam bona stabilia ipsius Spinolæ.

Ab hoc decreto Spinola appellauit, & causa R.P.D. Oriolen̄. fuit commissa, qui declarauit subhastationem nullam, quę sententia cum transitum fecisset in rem iudicatam fuit ad instantiam Abbatis commissa in Rota, causa restitutionis in integrum, cum clausula constito de bono iure, & de paupertate ipsius Abbatis.

Quare dubitaui an constaret de bono iure Abbatis, & Domini affirmatiuè resoluerūt, quia cum Spinola recognouerit bonam fidem, acceperit pecunias, & promiserit releuare
1 indemnem Abbatem, vtique Abbas, qui ex pecunijs dictæ societatis satisfecit d. Barberino obtinuit cessionem iurium potest contra Spinolam principalem debitorem agere. Bart. in l. mediocris, num. 4. de solut. Dec. cons. 99. num. 1. non
2 obstat protestatio per Abbatē facta quod pecunias recipiebat ad commodum, & incommodum ipsius Spinolæ, quia hæc declaratio erat necessaria ad hoc vt Spinola teneretur ad fructus secundæ societatis, quos absque huiusmodi protestatione non poterat exigere, Bero. cons. 195. num. 2. l. 1. Ancaranus cons. 376. nu. 2. in fin. Mohed.

thed. decis. 7. de vsuris, & fuit resolutum in vna Romana societatis 21. Octobr. 1580. coram Reuerendissimo Oriolen. & in alia coram Illustrissimo Dom. Cardin. Blanchetto 14. Maij 1593. vnde non debet hoc in sui præiudicium redundare, ita vt in secunda societate obligatus remaneat absque releuatore, & non possit agere pro recuperatione eius quod soluit vigore primæ societatis.

3 Neque obstat, quod Abbas fuerit officialis, & consequenter, principalis debitor ita vt nõ possit agere cõtra Spinolã, quia quid sit respectu dantis pecunias clarum est inter ipsos obligatos principalem fuisse Spinolam, qui habuit pecunias, & recognouit bonam fidem Doctores in l. sed Iulianus, §. & si duas, ff. de seruit. l. 3. §. fin. & ibi Bart. Castr. & Aretin. ff. de duobus reis, Tiraqu. de retract. lignag. §. 31. Glos. 1. numer. 8. & fuit decisum in vna Romana Dohanæ Salis coram Cantuccio die 3. Iulij 1583. decis. 153. nu. 6. par. 3. diuers. & in terminis societatum fuit decisum in vna Romana repetitionis indebiti 16. Nouembr. 1575. coram Reuer. Oriolen. decis. 152. par. 1. diuers.

Minus obstat, quod extinctio secundæ societatis fuit facta de pecunijs Contestabilis, quia satis est quod fuerit facta nomine Abbatis, & nihil referre de quibus pecunijs ipse soluerit, l. si ergo. vbi not. ff. de neg. gestis, & ex quo contestabilis non habet actionem contra Spinolam agit Lippom. qui tenebatur deinde ad restitutionem ipsi contestabili.

Denique non obstat, quod prima societas fuerit facta ad contemplationem Contestabilis, & pecuniæ in eius vtilitatem versæ fuint, quia d. Spinola non fuit à Contestabili satisfactus, & pecuniæ fuerint eidem restitutæ, vt fuit resolutum in hac eadẽ causa coram R.P.D. Decano 14. Nouembris 1594.

Qua resolutione stante cessat omnis difficultas, & corruunt ea quæ dicuntur de simulatione contractus.

REVEREND. ATREBATEN.

Romana nullitatis contractus.

28. Febr. 1601.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctorum appellatione veniunt*

niunt etiã affines, in termi-nũ statuti Vrbis, c. 151. lib. 1

2 *Decretum Iudicis interpositum ex falsa causa vitiatur, & vitiat.*

3 *Ad annullandum contractum celebratum sine interuentu proximiorum debet probari illorum habilitas ad interueniend.*

4 *Quod inuerisimile est, speciem habet falsitatis.*

5 *Depositio testis alternatiuè prolata non attenditur.*

6 *Testis loquens per verbum, videtur, non probat.*

7 *Confessio extraiudicialis debet probari per testes contestes de loco, & tempore.*

8 *Partitæ Banchi non probant pro tertio contra tertium.*

9 *Causa expressa obligationis sufficit quod sit legitima licet ex post facto ipsius mulieris reddatur falsa.*

10 *Creditor non tenetur querere qualiter mulier vtatur pecunijs, sed qualiter contrabat, intellige vt ibi.*

11 *Mulier dicitur validè obligata in societate officij expressa causa quod illam contraxit ad succurrendum necessitatibus proprijs, intellige vt ibi.*

12 *Marito vergente ad inopiam mulier tenetur alere virum & familiam.*

DECISIO LVII.

ALexander Maurellus qui accesserat duabus societatibus contractis per D. Hieronymam Podiam, postquam coactus fuit soluere sortem principalem vna cum fructibus decursis vigore promissionis indemnitatis egit contra D. Hieronymam, & obtento mandato executiuo processit ad subhastationẽ, & deliberationem vnius vineæ eiusdem Hieronymæ, ex cuius precio solutionem accepit. Hieronyma vero obtinuit committi causas nullitatis suarum obligationum, & habita absolutione à periurio, & iuramentis tam assertorijs, quàm obligatorijs, disputatũ fuit dubium, An dictæ obligationes sint validæ: & quidem pro parte illius oppositæ fuerunt duæ potissimum exceptiones, vna defectus solemnitatis, altera verò falsæ causæ. Ad probandum priorem examinari fecit duos testes, quod ipsa tempore obligationum haberet in Vrbe coniunctos qui interuenire potuis-

tuissent, ita vt non esset locus dationi Curatoris, vt sunt verba clara statuti Vrbis, c. 151. lib. 1. Coniuncti autem d. Hieronymę erant dd. Horatius Petronius, & Petrus Paulus Amodæus mariti duarum sororum in secundo gradu coniunctorum cum d. Hieronyma cum
1 in terminis statuti coniunctorum appellatione veniāt etiam affines, Blanch. de compromissis quæst. 1. num. 13. Crescent. decis. 4. de Constit. vbi loquitur de statuto antiquo, cuius dispositio per hoc secundum non est sublata. Quod autem illi essent præsentes die 7. Iunij 1597. quo instrumenta obligationum celebrata fuerūt attestantur duo testes deponentes, quod per totā octauam festi Sanctissimi Corporis Christi eiusdem anni, quod incidit in 5. Iunij simul in Vrbe morati, & conuersati fuerint. Quò verò ad falsitatem causæ deducebatur, quod Hieronyma nullas pecunias acceperit, sed quod cesserint in extinctionem aliarum duarum societatum, quarum vna inita fuit ad fauorem Nicolai Angelini cum recognitione bonæ fidei bo. mem. Scipionis Gottifredi, altera verò ad fauorem Io. Baptistæ Picinardi cum recognitione eiusdē Scipionis, & Io. Baptistę Gottifredi viri Hieronymæ, & accessione d. Maurelli in vtraque; quod apparere dicebatur ex eo quia eædem sunt personæ atq; eædem summæ. Deinde Nicolaus Angelinus eadem die qua consensit cassationi primæ ratificauit secundam, & in secunda non deduxit fructus primi semestris, sed illos sibi reseruauit ratificādo secundam societatem sine preiudicio fructuum primi semestris. Accedit ipsius Angelini confessio probata per testes. Ad probandum autem quod pecuniæ alterius societatis peruenerunt ad Ioan. Baptist. manus exhibetur ordo Caroli de Monte qui ad societatē dedit, & ordo ipsius Hieronymę, necnon solutio facta per Ioan. Baptistam Piccinardum, vt patet ex partitis Banchi illorum de Donis, & Ceolis.

Secundo pro falsitate causæ adducebatur quia in instrumentis obligationum exprimitur, quòd Hieronyma accipiebat pecunias pro indigentijs suæ domus, sed prouidere indigentijs domos nō pertinet ad vxorem, sed ad maritum, stante

2 autem falsa causa, vel minus sufficiente, nulla est obligatio; nec suffragatur decretum Iudicis, sed vt subreptitium vitiat, & vitiatur, cessatque præsumptio, quæ aliàs pro decreto militat, l.& si Præses, C.de Præd. min.l.magis puto, §.manet, ff. de rebus eorum, & fuit dictum in Romana societatis officij 17. Iunij 1602. coram R.P.D.meo Decano.

3 Verum his non obstantibus Domini pro validitate obligationum resoluerunt, quia cum decretum interpositum fuerit, & d. Hieronyma iuramentum præstiterit, præsumitur non adfuisse proximiores; adeo quod illi modo contrarium asserenti incumbat probatio quòd tempore confecti instrumenti essent præsentes huiusmodi proximiores in quibus requiritur, quod essent habiles ad interueniend. & quod commodè adhiberi potuissent, Bart. in l. si 3. num. 5. & 6. & ibi Alex. in addit.in vers. & idem dicerem, & Castren. in fine principij, ff. de aqua plu.arcen. Bal. in l.vnica, C. vnde vir, & vxor, & in l. in conuentione, num. 4. C. de nupt. Felin.in c.super his, n.17. post med. vers. facit quòd notat Paul. de Castr. de accusat. Castr.cons.124. nu.2. vers. secundum vidend.est.lib.1. Paris. cons.56. num.36.lib.1. Corn. cons.241.num.7.lib.2. & 316. num.8.lib.1. & 242.n.2.lib.4. Aym.cons.80.num.14. & in terminis statuti est decisio Guidob.98. Acchill.decis.4. de præsumpt. Chisanen. dec.181. 1 incip. statutum, & fuit resolutum in Firmana restitutionis dotis 23. Iunij 1607. coram R. P. D. meo Decano; & in Romana rescissionis contractus 1. Decemb. 1608. coram R.P.D.meo Coccino, & in Romana Census 23. Febr. 1609. coram R. P. D. meo Ludouisio.

In proposito autem depositiones testium Dominis fuerũt valde inuerisimiles: nam quoad Io. Sormanum, ille post sex annos asserit se recordari certè diei videlicet Processionis beatæ Mariæ super Minetuam, vel Sanctæ Luciæ, & deponit se illa die, vnà cum vxore fuisse inuitatum ad prandium ab Horatio Petronio, ibique interuenisse Petrum Paulum Amodeum pariter cum vxore, & simul omnes manducasse, quæ tam par-
4 ticularis recordatio cum sit inueri-

verisimilis, speciem habet falsitatis. Deinde cum in reddenda ratione suæ scientiæ loquatur alternatiuè per hæc verba: In die processionis B. Mariæ, seu sanctæ Luciæ, sicut ista ratio nō concludit magis, de die vnius processionis, quam alterius, ita neque depositio præsentiæ, cū ratio reguler dictū testis. Quin etiam Horatius Petronius in fide, & examine subsequuto dicit, quod Feria Sexta, & Sabato infra octauam Corporis Christi, quibus abstinendum est a carnibus, non fecit tale prandium cum prædictis personis, neque solitus est illis diebus cuiquam præbere prandiū, & cum eo concordat Petrus Paulus Amodeus, qui in fide, examine subsequuto negat se per hos dies sumpsisse prandiū in ædibus dicti Horatij Petronij, atque ipse Germanus de hoc admonitus, deponit fatendo fieri posse, quod equiuocauerit, & tenet quòd prandium fuerit in die sancti Marci, quòd est conforme fidei ipsius Horatij, quare sicut potuit equiuocare circa prandij, ita etiam potuit equiuocare circa præsentiam, & dum dicit mentre duraua l'ottaua del Corpus Domini: non concludit de toto tempore, sed verificari potest in momento temporis.

6 Postremo ille testis non deponit præcisè, sed per verba, se ben mi pare, quæ vt in certa, & dubia non releuant probantem, Ias. in l. 1. num. 13. & seqq. ff. de iust. & iur. Corn. cons. 44. num. 4. lib. 3.

Alter testis vltra quod deponit se continuis recreationibus, quas inter se faciebant ipse testis, & Petrus Paulus Amodeus, quæ non sunt verisimiles cum ambo essent vxorati, memoriam suam fundat in quadam memoria expensarū, quas communiter faciebat cum nepote, quæ ratio visa fuit satis debilis, vltra inuerisimilitudinem quod nepos concurreret in expensis recreationum quas illi faciebāt; similiter ipsius depositio, quia tam asseuerantèr conatur asserere præsentiam Petri Pauli Amodei redditur valde turbida, ex eo quòd ipsemet examinatus non ausus fuit affirmare dum dixit non bene certo se recordari.

Quo vero ad causam quòd asseritur pecunias non peruenisse ad manus Hieronymæ, sed partim ad Angelinum, partim

tim vero ad Io. Baptistam Gottifredum videbatur aliquibus Dominis in hoc non esse standum confessioni extraiudiciali
7 ipsius Nicolai, quæ debet probari per testes, contestes de loco & tempore, vt in Romana pecuniaria, coram R.P.D. meo Decano, minusque fidem adhibendam testibus, cum nec ipsi Angelino in hoc sit creden dum. c. licet ex quadam. ibi cũ satis videretur absurdum de testibus. c. fraternitatis. de hæret. Oldrad. cons. 69. num. 6. vers. de isto si volumus. Paul. de Castr. cons. 285. nu. 2. vers. multo minus caus. lib. 2. neque
8 credendum partitis Banchi, quę non probant pro tertio contra tertium, vt notant in l. admonendi. ff. de iur. iur. Fel. in c. 2. num. 32. de fid. instrum. Menoch. cons. 23. numer. 13. & cons. 39. num. 28. & num. 72. & in omnem euentum Domini considerarunt ex instrumentis constare de vera, & reali numeratione pecuniæ, cum expres-
9 sione causæ, quòd Hieronyma pro nonnullis eius, & suæ domus negocijs, & necessitatibus indigeret pecunijs, quando autem mulier ex causa legitima recepit pecunias, ipsa tenetur, licet posteà illas marito in aliam causam deducet, satis est enim, quòd acceperit in causam permissam, licet in aliã fuerint conuersæ. l. sed si ego. l. si mulieri. & l. bona fide. ff. ad Velleian. Bart. in l. ciuitas. n. 7. vers. sed si erit ei concessum. ff. si cert. petat. & in l. 1. §. non autem num. 2. vers. quandoq; quis accepit pecuniam, & ibi Castren. num. 4. ff. de exercit. act. Dec. cons. 330. numer. 2. Osasc. qui distinguit inter causam finalem, & impulsiuam in decis. 171. fuit dictum in Romana Vineæ 21. Aprilis 1589. coram Reuerendissimo Perusino, & in Romana fideiussionis 13. Maij 1596. coram bo. me. Card. Seraphino, & magis in specie mulier, quæ sciens maritum suum esse implicitum debitis, & volens illi prouidere accipit pecuniam mutuam ab illo, qui scit illam velle conuertere in vtilitatem mariti, & pro illo soluere efficaciter obli-
10 gatur, non enim creditori nocet sua scientia, qui non habet quærere nec esse curiosus, quid mulier velim facere de illa pecunia, nec refert qualiter mulier vtatur, sed qualiter contrahit, si non fuit color quæsitus

tus ita quod creditor participasset fraudem, vt si prius fuisset requisitus à viro, & voluerit instrumentum cantare in personam vxoris, quia tunc diceretur facta fraus, vel nisi mulier aut res sua antea fuisset obligata pro debito viri, & vt illã liberaret recipit pecuniam mutuam à creditore hoc sciente, nam esset intercessio veniens in consequentiam primæ intercessionis, de quo est text. expressus in l. si fundus. & ibi glos. in verbo ignorauerit in fi. & ibi singulariter tradit Castren. & tenent communiter omnes Doct. C. ad Sen. Consf. Vell. & notatur in l. seia mancipia. §. fundum. ff. eodem tit. & in Romana societ. offic. 13. Februar. 1606. coram bo. mem. Litta conclusum fuit valide obliga-
11 tam fuisse mulierem in duabus societatibus, expressa causa quòd illas contraxerat ad succurrendum necessitatibus proprijs, & viri sui, nisi mulier remaneret omnino indotata, & sine aliquibus bonis, vt etiam fuit tentum in d. Romana fideiussionis, coram bo. me. Card. Seraph. & in alia Romana fideiussionis 5. Iulij 1593. coram Illustrissimo Cardinali Arigonio, & prædicta bene procedunt, quando agitur inter mulierem, & tertium creditorem, quicquid sit, si agat contra maritum, vel eius hæredes pro restitutione dotis.

Non obstat, quod maritus tenetur ad subueniendum necessitatibus domus fallit enim
12 in marito vergente ad inopiã, quia tunc mulier tenetur alere maritum, & familiam, Specul. in tit. qui filij sint legitim. n. 4. vers. quid si mulier. Bart. in l. si cum dotem. §. fin ante trib. ff. solut. matrim. & in tract. de alim. num. 49. Bald. consil. 478. num. 2. lib. 5. Guid. Pap. quæst. 439. numer. 2. cum alijs per Surd. de alimen. tit. 1. q. 35. num. 3. cum pluribus seqq.

ILLVSTR. LANCELLOTTO.

Romana societatis 27. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Dies à media nocte incipit.*
2 *Et procedit etiam in contractibus.*
3 *Nominatio periculi vitæ, an dicatur facta infra quindecim dies.*

4 *Dies termini non debet computari in termino.*
5 *Praesertim in materia odiosa.*
6 *In dubio magis fauendum est repetenti pecunias quam lucrum praetendenti.*
7 *Verbum proximos, excludit diem celebrati contractus.*
8 *Dies termini computatur, & non computatur, prout expedit ei ad cuius fauorem est appositus.*
9 *Tempus debet currere de momento ad momentum.*
10 *Sed procedit postquam incaepit currere non ante.*
11 *Clausula & interim, & c. operatur quod ante nominationem periculum currat super vita dantis.*
12 *Decisio in causa Imolen. Canonicatus declaratur.*

DECISIO LVIII.

DIe 14. Octobris 1596. super officio Cursoratus Filippi Lutij, ad fauorem Michaelis Butio fuit inita societas duratura ad sex menses, & deinde ad beneplacitum in forma, pacto tamen adiecto, quod moriente, seu morientibus persona, vel personis infra 15. dies proxim. nominan. & aliàs interim ipso Michaele decedente officialis pecunias lucraretur.

Et cum deinde defuncto Michaele de anno 1597. praetendere officialis se lucratum fuisse societatem tamquam adhuc stantem super periculo vitae ipsius Michaelis, itaut nominatio Iacobi fuisset facta infra 15. dies conuentos. Fuit dubitatum, an dicta conuentio sustineretur. Et Rota super hoc consulta respondit nominationem fuisse factam infra 15. dies

1 quia dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. l. more Romano. ff. de ferijs. c. consuluit. de offic. deleg. quod seruan. esse etiam

2 in pactis, & contractibus. tradit Archidiaconus in c. quod à patribus. num. 4. 75. distin. & ibi Turrecrem. etiam num. 4. 1 Felin. in c. consuluit. num. 6. de offic. deleg. Summa Pap. in verbo dies. num. 10. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 11. num. 17.

3 Vnde cum facultas nominandi inciperet à media nocte diei 15. mensis praecedentis, & desineret in media parte noctis post diem 29. eiusdem mensis, vtique nominatio facta eadem die

die vigesimanona sustinetur.

2 Quo stante non obstat, quod contractus die 4. mensis celebratus fuit, itaut illamet dies 14. veniat computanda, quia
4 dies termini non debet computari in termino. l. vbi lex. ff. de reg. iur. facit tex. in cap. 1. §. si quis igitur. de exceptionibus. libr. 6. & c. 1. vers. 6. sed in ciuilibus. de restit. spoliat. cod. lib. 6.

Et licet hęc opinio sit admodum controuersa, & contra eam teneat Cynus in add. l. 1. ff. si quis cautionibus. Fulg. & alij allegati per Tiraquel. d. §. 1. glos. 11. num. 120. tamen vltra quod hanc partem grauissimi DD. secuti sunt eam esse communem, & magis communem, testatur post alios Ias. in d. l. 1. num. 19. & de consuet. Ita seruari in Palatijs post Alber. Paul. de Eleazar. Castr. & alios tradunt Ias. d. l. 1. nu. 20. Alexan. nu. 13. Bald. in l. eos. §. si autem. num. 6. C. de appellat. Guidop. quæst. 270. & hanc veriorem dicit Minsing. singul. obseruat. centur. 5. obseru. 15. & vti equiorem sequendam esse dicit Tiraquel. in loco de quo supra. num. 22.

Et in hanc sententiam magis inclinabant domini; Tum quia versabamur in materia
5 odiosa, in qua dies termini nunquam computatur, quod vti singulare menti tenendi dicit Franc. in cap. Felicis. §. fin. nu. 2. in fin. de pęnis in 6. Corn. cons. 297. num. 5. vol. 5. Tiraq. supracitato. num. 44.

6 Et in dubio magis fauendum est agenti ad pecuniarum repetitionem, quam aduentitio lucro, iuxta doctr. Ias. in l. sufficit, num. 1. ff. de cond. indebiti, & ita aliàs fuit decisum in causa Romana societatis 27. Iunij 1586. coram Sanctissimo tunc Rotæ Auditore, & in alia Romana societatis 16. Febru. coram R. P. D. Iusto.

Tum quia in instrumento societatis fuerat appositum pactum de nominando infra 15. dies proxim. ponderando illud
7 verbum proximos, quod excludit diem celebrati contractus, quæ non potest dici proxima illius diei, cum sit ipsamet dies iux. tex. in l. eũ qui calendis. ff. de verborum obligat. & ibi etiã notat glos. Bart. in dict. l. 1. num. 11. ff. si quis cautionibus & ibi Alexan. num. 12. ibi de tribus diebus proxim. seqq. & in terminis consuluit Imola

conf. 11. verf. in contrarium, iuncto eius Themate.

Tum etiam, quia terminus fuerat præfixus ad fauorem dantis pecunias, vnde fuccedit
8 conclus. quod dies termini cõputatur, vel non computatur, prout magis expedit ei ad cuius fauorem ftatuitur. Bald. Allegato. numer. 2. C. de nupt. Felin. in cap. 1. num. 4. de præfcript. Tiraq. vbi fupra nu. 50. & fuit confideratum die 21. Aprilis 1578. coram Cantuccio in caufa Imol. Canonicatus.

9 Non obftat, quod tempus debeat currere de momento ad momentum. iux. tex. in l. 3. §. minore. ff. de minor. Bald. cõf. 477. lib. 1. & 412. lib. 5. Angel. conf. 404. in fin. cum alijs quos refert, & fequitur Corn. conf. 209. lib. 4. numer. 50. quia etiam fi tempus deberet computari de momento ad mo-
10 mentum tamen hoc procedit poftquàm incæpit currere non ante, Iaf. in d. l. 1. numer. 21. Tiraquel. vbi fupra. num. 21. in fin. Mar. Anton. Bard. in tract. de tempore vtili, & continuo. cap. 3. num. 1. Minfing. fing. obferu. d. centur. 5. in fine.

Neque obftat abfurdum confideratum quod illa dies qua initus fuit contractus focietas ftaret fine periculo, quia periculum vitæ ipfius Michaelis ftante claufula, & aliàs,
11 & interim, quæ operatur, quod donec fiat nominatio periculum currat fuper vita dantis.

12 Decifio in caufa Imolen. Canonicatus 21. Aprilis 1578. coram Cantuccio, non obft. tùm quia ibi non aderat verbum proximos, tùm quia vt in ea dicitur pro euitatione abfurdi dies termini fuit computatus in termino 20. dierum, nam fi non fuiffet computatus magnum refultaret inconueniens, quod moriente refignante in illo termino non intraret regula vltra alias refponfiones quæ datę fuerunt.

Et ex his conclufum fuit nominationem fuftineri.

MO

ILLVST. PAMPHILIO.

Romana focietatis. Sabati 23. Ianuarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Præfumptione l. Quintus, ff. de do-*

donat. inter virum & vxorem iuuatur tantum maritus, & eius heres.

2 *Dicta præsumptio cessat stante confessione viri.*

3 *Assertio mariti facta in contractu celebrato per vxorem quod pecuniæ erant vxoris non potest impugnari prætextu probibitæ donationis.*

4 *Concurrente præsertim aliqua præsumptione, quod mulier potuerit habere pecunias aliundè.*

5 *Præsumptio quod mulier aliunde habuerit ex quibus eliciatur.*

DECISIO LIX.

FVit resolutum Illustri D. Catherinæ deberi executionem obligationis Cameralis contra hæredes Malitiæ pro restitutione pecuniarum in societatem datarum non obstante exceptione, quod iuxta tex. in l. quintus, ff. de donat. int. virum
1 & vxorem præsumantur esse bo. me. Caroli eius mariti; quia ista præsumptione iuuatur tantùm ipse maritus, vel eius hæredes, non autem extraneus, contra quem Domina Catherina agit, Bald. in l. si vxorem, num. 7. C. de cond. insert. Alexand. in l. qui iure familiaritatis sub num. 5. vers. subdit, Bald. ff. de acqu. poss. & in cons. 101. num. 3. lib. 7. Silu. nupt. lib. 4. in principio in vers. est nubendum sub num. 23. in 11. limitatione latè Lup. in rub. de donat. inter vir. & vx. §. 60. sub num. 21. vers. aut cũ alio extraneo, &c.

Et tantò magis quod versamur in instrumento societatis, in quo etiam ipse maritus se obligauit ad fauorem vxoris,
2 recognouit bonam fidem aduersus d. Riccardum, vnde colligitur tacita ipsius confessio, quod pecuniæ prouenerint ab vxore, quæ etiam contra ipsum maritum, vel eius hæredes facit cessare præsumptionem l. quintus, Fulgos. cons. 198. col. 2. Salyc. in l. si mater, C. de contrah. empt. & in l. cum propria in fin. C. si quis alteri, vel sibi, Alex. cons. 22. nu. 2. lib. 1. Riminald. cons. 244. in fi. lib. 4. Pedem. decis. 140. num. 8. Rip. respons. 1. de donat. inter vir. & vxor. Alciat. reg. 3. præsump. 26. cum alijs per Gabr. concl. 15. de præsumpt. nu. 15. & fuit resolutum in vna Romana fideicommissi sub die 29. Aprilis 1583. corã bo. me. D. Bubalo,

Neque obstat quod ista confessio viri videatur sapere donationem, quæ est prohibita inter virum, & vxorē, quia quicquid diceñ. sit quando maritus contrahit nomine vxoris, & as-
3 serit pecunias esse vxoris, tamen quādo ipsa mulier est quæ contrahit, & numerat pecunias consentiente marito, tunc cessat præsumptio donationis, & maritus, vel eius hæredes tenentur stare huic assertioni, iuxta distinctionem Salic. in d.l.si mater, & in dicta l.cum propria, Alciat. dict. præsumpt. 26. sub num. 5. lib. 5. Lup. dicto
4 §. 60. sub num. 2. latè Gabr. dicta concl. 15. num. 16. præsertim si concurrat aliqua præsumptio, quod mulier potuerit dictas pecunias aliunde habere, vt trad. idem Salic. in dicto §. si mater, Aym. de antiqu. temp. par. 1. §. propositum, num. 69. Tiraq. qui alios citat in repet. l. si vnquam, in verb. donatione largitus, num. 100. C. de reuoc. donat. prout in hoc casu con-
5 currit stante qualitate personæ ipsius D. Catherinæ, quæ nobilissima est, & cum dederit magnam dotem 18. mil. scutorum eius marito, verisimile est quod aliquid sibi pro suis necessitatibus reseruauerit, vel, prout aliæ mulieres nobiles facere solent, hanc paruam summam redegerit ex iocalibus à suis consanguineis donari solitis, vel ex prouisionibus pro alimentis sibi assignatis ab eius viro, qui seorsum ab ipsa habitabat, ad not. per Aym. cons. 61. num. 7. cum alijs per Gabr. dicta concl. 15. num. 16. & alijs alleg. per informantes, &c.

R.P.D. VBALDO.

Romana subhastationis. Lunæ 2. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Prò validitate actus præsumitur.*
2 *Executio præsumitur valida.*
3 *Allegans nullitatem debet illam probare.*
4 *De validitate subhastationis constare dicitur quando fuit facta iuxta formam hic traditam.*
5 *De excessiuitate executionis quando non detur.*
6 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis actio.*
7 *Fideiussor pro extinguenda prima societate potest contrahe-*

re

re secundam ad commodum & incommodum debito primo etiam sine intimatione.

8 *Decisio in causa Romana cambiorum coram Gypsio declaratur.*

9 *De excessu non dat qui suscepit terminum ad soluendum.*

10 *Periti iudicio standum est.*

11 *Nullitas deducta ex eo quod mandatum non fuerit ostensum; prout in illo dicebatur an sit considerabilis.*

12 *Subhastatio facta pro maiori summa debiti non est nulla; sed illud plus debet restitui debitori, vel deponi ad effectum de quo hic.*

DECISIO LX.

POst resolutiones rotales, & latam sententenentiam in hac causa, dubitaui in secunda instantia an subhastatio vineæ de qua agitur fuerit nulla, itaut Domina Hieronyma sit reintegranda ad eius possessionem, & licèt multa deducerētur pro nullitate subhastationis, tamen Dominis non videbantur adeo clara, vt necessarium iudica-
1 bant; cum enim præsumptio sit pro validitate, l. quoties, ff. de reb. dub. l. quoties, ff. de verbor. oblig. glos. in l. si post diuisionem verbo non posse, C. de iur. & fact. ignor. Vant. de nullitate in tit. quid sit nullitas, num. 24. cum aliis per Menoch.
2 præs. 4. num. 1. & seqq. lib. 6. & in terminis executionis, Surd.
3 qui materiam exornat, consil. 39. num. 7. vnde ad D. Hieronymā spectare videbatur onus concludenter docendi de nullitate, c. in præsentia. de renunc. c. cum super de re iud. Vant. de nullitate. tit. à quo, & quibus mod. num. 5. latè Surd. d. cons. 39. num. 8 & 9. & fuit dictum in Asculana prædii 27. Nouemb. 1609. & prima Maii 1610. coram Reuerendissimo Damasceno, & in Augustana hospitalis 21. Februarii 1611, coram me. Immo cum subha-
4 statio fuerit facta seruatis seruandis, & præcedentibus mandatis executiuis, & iuxta formam traditam per Moder. de modo procedendi in tribunali A. C. lib. 1. c. 41. in fin. videbatur constare de eius validitate.

5 Nec de excessiuitate executionis posse dari cum fuerit facta pro summis in mandatis cōtentis, glos. in l. ab executione. in verb. excedat, C. quor. appel.

non recip. Contard. in l.vnic. limit. 19. in verbo ratione excessus,num.5.&seqq.C.si de moment. poss. & fuit dictum in Anconitana separationis thori siue spolij 16. Maij 1604. coram Reuerendiss. Atrebaten. & in eadem 20.Maij 1611.coram R.P. D.meo Manzanedo. mandata autem non esse excessiua deducebatur, quia quo ad mandatum pro scutis 300. & fructibus societatis Angelini illud non excedit veram sortẽ, & fructus in eo non sunt liquidati,& pro qua summa D.Maurellus insolidum molestabatur pro ea insolidum pro sua releuatione egit & obtinuit mandatum contra D.Hieronymam & consortes.

Nec obstare visũ fuit quod vt satisfieret Angelino bo. me. Clericus à Cornea, & Maurellus confideiussores simul accesperint ad societatẽ officij à Domino Verospo scut.400.& quilibet pro rata recognouerit bonam fidem, & soluentes Angelino reportauerint iurium cessionem; quia Maurellus non egit cessionario nomine, sed longe ante dictam cessionem pro sua liberatione à molestijs vigore obligationis D. Hieronymæ de conseruando illum indemnem.

Nec facit quod D. Corneus egisset, vel potuisset agere, & sic d.Hieronyma fuisset coacta
6 bis soluere,nam si semel soluisset vtiq; fuissent liberati Corneus, & Maurellus instit. quibus mod. tollitur obl. in princ. vers.item si reus,& sic non fuisset coacta bis soluere;interim vero ea non soluente semper viua remansit ipsius obligatio erga Maurellum,qui insolidum conuentus, & insolidum soluẽs iustè reportauit insolidum mãdatum cõtra D.Hieronymam, eoque magis quod Maurellus insolidũ Verospo satisfecit de summa ab eo habita pro satisfaciendo Angelino, vt supra dictum est.

Quo vero ad mandatum relaxatum pro scutis 545. neque illud videbatur excessiuũ, cum esset relaxatum pro releuatione D. Maurelli à molestijs sibi illatis à Molaria occasione societatis in dicta summa ad eius fauorem cõtracta pro soluenda sorte alterius societatis cum Carolo à Monte, & fructibus alterius societatis Angelini, cum expressa declaratione, quod commodum, & incõmodum

modum dictæ vltimæ societatis
7 pertineret ad D. Hieronymam, quod Maurello fideiussori Dominæ Hieronymæ facere licuit etiam sine alia intimatione facta Hieronymæ, vt est in terminis decis. bo. me. Robusterij in Romana societatis 21. Octobris 1580. relata inter impressas diuers. decis. 231. num. 1. & 2. par. 2. vnde non obstat deci-
8 sio in causa Romana Cambiorum 17. Decembris 1584. coram Gypsio cum alijs allegatis, quia hic non agitur de soluendo aliquo interesse D. Maurello ratione sibi retardatæ solutionis sui crediti, in quibus terminis procedit illa decis. sed de resarciendis damnis ab eo passis ob fructus & sortem dictæ societatis solutos, quo casu non requiritur intimatio, vt admittere videtur dicta decis. in vers. nec quicquam. per tex. in l. si vero, §. si mihi, & l. si mandato, §. si fideiussor, ff. mand.

Nō obstat quod plures partitæ dictæ summæ contentæ in mandato non videantur imputandæ, quia vltra quòd satis videtur esse Maurello quod ipse fuit molestatus, & coactus soluere dictam summam cessat difficultas, ex quo D. Hieronyma citata ad soluendum scut. 545. medio iuramento fassa fuit debitum, & suscepit terminum ad soluendum, cuius ter-
9 mini vigore fuit relaxatum mandatum, & ideo non videtur posse amplius dare de excessiuitate, iux. text. in l. ad solutionem, C. de re iud. Roman. cons. 9. in fin. vers. præterea, & demum accedit auctoritas periti de communi partium consensu electi, qui taxauit creditum Maurelli in scutis 883. & tamen summæ dictorum manda- torum etiam simul iunctæ non
10 excedunt scuta 845. cuius periti iudicio videtur standum, Glos. in l. item si vnus, §. principaliter, in verb. auctoritati, in fin. & ibi Bald. in fin. ff. de arbitr. Bart. in l. 3. ad fin. C. de pignoribus, Paris. cons. 96. numer. 32. lib. 1. & fuit dictum in Romana Mercedis 14. Nouembris 1611. coram me, & hanc summam videtur pars aduersa approbasse, ex quo reliquas partitas, quas impugnari passa est reponi inter prætensiones Maurelli, & considerauit Rota in causa Salamantina censurarum 5. Decembris 1607. coram R. P. D. Pamphilio.

Non obstat, quod mandata essent

essent cum clausula ostendatur, & tamen cum fuerint ostensa; quia secundum fuit ostensum domi dimis. cop. Primum verò fuit ostensum D. Ioan. Baptistæ marito D. Hieronymæ, vt constat ex relatione Cursoris, vltra
11 quod talis nullitas non videbatur considerabilis ad effectũ de quo agitur.

Non obstat, quod creditum Maurelli sit in scut. 883. vt dictum est, & tamen habuerit ex pretio vineæ subhastatæ scut. 909. & sic excessus sit patens
12 quia cum subhastatio fuerit facta pro summis contentis in mãdatis licet res subhastata pluris valeat, & pluris fuerit vendita, non tamen subhastatio est nulla; sed solùm illud plus debet restitui debitori, vel deponi pro expensis liquidatis, vt per Moder. in dicta prax. c. 41. in fin. & est text. in l. final. & ibi Bald. n. 4. vers. ibi sin autem minus, & Salic. citra principium vers. & contra, C. de iur. dom. impetr. Ruin. cons. 160. n. 25. lib. 2. & dicit summopere notandum Mandos. ad Roman. cons. 454. in littera O, in fin. cum alijs per Bursatt. cons. 184. num. 38. vbi de magis communi lib. secundo, sed nec videtur plus percepisse Maurellus stantibus prætensionibus scut. 60. & alijs deductis per informantes, ex quibus vel absorbentur prætensiones exaduerso adductæ, vel saltẽ res adeo redditur turbida, vt nullitates allatæ nõ videantur attendendæ ad effectum de quo agitur, vt intret spolium. Ex quibus fuit resolutum subhastationem fuisse validam.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Romana societatis officij.
Lunæ 14. Ianuarij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij non potest fieri nisi super officio vacabili.*
2 *Constitutio habens decretum irritans dicitur dare certam formam.*
3 *Forma tradita per Constitutionem Apostolicam non seruata societas, est nulla.*
4 *Societas de stylo non contrahitur nisi super officijs vacabilibus.*
5 *Obseruantia est optima interpres quarumcumque dispositionum.*
6 *Taxatio fructuum ad 12. pro centenario correspondet fru-*

fructibus officiorum vacabilium.

7 *Officia non vacabilia non reddunt nisi quinque pro centenario.*

8 *Periculum inter socios commune esse debet.*

9 *Aliàs societas dicitur iniqua.*

10 *Periculum in hac societate quomodo compensetur.*

11 *Societas ista non potest substineri ex solo periculo vitæ, sed officium requiritur.*

12 *Ista societas quando non possit sustineri in vim censi vitalitij.*

13 *Decisio 763. par. 1. diuers. declaratur.*

14 *Societas ad 12. pro centenario fieri non potest super officio non vacabili, etiam quod reddat 12. pro centenario.*

DECISIO LXI.

IAcobus Cauallarinus dederat ad societatem officij Fabritio Vallato scuta 500. super officio Notariatus ciuilis D. Gubernatoris Vrbis, quod cum per mortem officialis non vacet, sed ad hæredes transeat, vt constat ex Motu proprio Pij IIII. supradicta die dubitaui, An societas substineatur, itaut per mortem Iacobi, super cuius vitæ periculo inita fuit, censeatur lucrata, & fuit per Dominos vnanimiter resolutum, so-
1 cietatem nō substineri. Fundamentum principale resolutionis fuit, quia Constitutiones Leonis X. & Pauli IIII. super forma contrahendi societates officij inter alia hoc requirere videntur, quod scilicet officia sint vacabilia, & ita dictas Cōstitutiones aliàs interpretata, fuit Rota, vt in causa Romana societatis officij 1. Iulij 1596. coram bo. mem. Pacen. & in causa Foroliuien. societat. 25. Februarij 1611. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto. Cumque dictæ Constitutiones
2 habeant decretum irritans, dicuntur dare certam formam, vt fuit dictum in causa Veronen. Monasterij 18. Martij 1575. relata inter impress. diuers. decis. 215. num. 7. par. 1. qua
3 non seruata societates sunt nullæ. Bald. cons. 351. numer. 9. lib. 5. Dec. cons. 532. num. 4.

Huiusmodi autem Constitutionum interpretatio nedum, suadetur ex communi vsu, & obseruantia subsecuta, cum
4 omnes societates in curia contrahantur super huiusmodi officijs,

riculo vitæ, & quod officium in ea stet tantum pro colore; quia ex supradictis patet quod officium est necessarium, aliàs enim societas remaneret sine subiecto, nec daretur compensatio periculi vitæ; quæ pro validitate societatis requiritur, vt fuit latè deductum in dicta causa Romana societatum 29. Ianuarij 1601.

12 Nec placuit quod huiusmodi societas possit substineri in vim census vitalitij, qui solet fieri propter periculum vitæ æstimabile pecunia, iuxta cons. Oldrad. 207. quia fuit responsum ex lectura instrumenti cõstare, partes voluisse facere contractum societatis, non autem census vitalitios, ideò non posse illum reduci ad aliam speciem contractus, quem partes facere non intellexerunt. Præsertim quia huiusmodi contractus societatis est contrarius naturæ census vitalitij, ex quo in eo sors principalis repeti non potest. Vnde dicitur magis accedere ad naturam emptionis, & venditionis, quàm mutui; in cõtractu vero societatis, is qui dat pecunias elapsis sex mensibus potest illas quandocumq; repetere, & sic tanto minus contractus societatis substineri potest in vim census vitalitij, vt fuit ponderatum in dicta causa Romana societatum coram Illustrissimo Cardinali Millino.

13 Non obstat decisio in causa Foroliuien. societatis 2. Decembris 1583. relata inter impress. diuers. 763. par. 1. quia non loquitur de societate inita ad rationem 12. pro centenario cum compensatione periculi vitæ, de qua nunc agitur, sed de societate, in qua inducitur communicatio dominij officij cum participatione damni & lucri, quod non negatur fieri posse etiam in officijs non vacabilibus.

Minus obstat, quod officium de quo agitur, licèt sit perpetuum, reddat tamen fructus ad rationem 12. pro centenario, quia placuit responsio, quod etiam si id esset verum, esset tamen per accidens, vel ratione exercitij, cum regulariter officia non vacabilia non reddant nisi quinque, vel sex pro cente-
14 nario. Vltra quod etiam si officia perpetua redderent 12. pro centenario, adhuc cessat dicta compensatio periculi vitę inter officialem, & eum, qui dat

dat pecunias, prout ad validitatem societatis necessario requiritur ex supradictis.

ILLVSTR. CARD. MILLINO.

Romana societatis officij.
Lunæ 28. Ianuarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio societatis ex quibus eliciatur.*

2 *Decisio in Romana societatis coram Blanchetto declaratur.*

3 *Clausula apposita in instrumento antecedenti, an & quando præsumantur repetita insequenti.*

DECISIO LXII.

PRætendebat D. Io. Baptista Massa, quod fructus societat. offic. ab eo soluti Illustrissimo Archiepiscopo Amalphitano, debebant computari in sortem principalem, quia societas ab Archiepiscopo non fuerat ratificata, & quia in instrumento deficiunt clausula actum, locus, & testes. Neutrum ex istis fundamentis placuit DD. dubio per me in Rota proposito, & ideo concluserũt mandatum contra eum esse relaxandum pro fructibus decursis, & non solutis, quia quantum ad priorem obiectionem defectus ratificationis de ea
1 satis constat per cedulam subscriptã manu propria ipsius Io. Baptistæ quæ probat actualem solutionem fuisse factam ab ipso Archiepiscopo, & quamuis istæ cædulæ soleant subscribi ante effectualem solutionem pecuniarum, & sub spe futuræ numerationis propter accessiones fideiussorum, qui postea obligantur, tamen sufficit ad istum effectum, quod non consignatur nisi post solutionem. Prætereà concurrit solutio fructuum facta per plures alios ipsi Archiepiscopo, quæ probatur ex confessione Io. Baptistę, qui affirmat, quòd computatis omnibus pecunijs aduersario solutis est satisfactus de scutis 500. & vltra. Et licet solutio fructuum fuerit facta ab anno 1593. procuratori Archiepiscopi, tamen multum verisimile est, quod solutiones præcedentes fuerint factæ ipsi Archiepiscopo, cum non appareat, quòd de eo tempore haberet procuratorem in curia, & non exhi-

exhibeantur quietantiæ, quæ sunt in manibus Io.Baptistæ ex quibus posset detegi veritas ratificationis. Vltrà quod procurator, cui fuerunt factæ solutiones subsequentes habebat speciale mandatum ad exigendum fructus societatum officiorum, & per perceptionem fructuum factam à legitima persona, cui necessariò soluenda erat induciturratificatio cōtractus. Dec. consf. 58.num. 2. & consf. 296. num. 2.

Et tantò magis concurrente lapsu tanti temporis, & taciturnitate Archiepiscopi in non petendo fructus, ex istis enim arguitur eius scientia, & quod solutiones fiebant de eius voluntate, & consequenter, quod societas ab eo erat ratificata.

2 Non obstat decisio in causa Romana societatis coram Illustrisimo D. Cardin. Blanchetto; quia in ea non tangitur ista difficultas, & termini illius decisionis sunt multum diuersi: in eo enim casu non dubitatur an solutio facta à dante pecunias ad societatē induceret ratificationem contractus, sed dubitatur solum, an per mandatum de soluendo esset inducta talis ratificatio, per quam excluderetur facultas nominādi infra quindecim dies, & quòd interim societas staret super periculo vitæ dantis pecunias, si ratificatio per solutionem excluderet facultatem nominandi, & ideò ratificatio ad istum effectum debet esse diuersa ab ea, quæ fit per solutionem pecuniarum.

Non obstat, quod cedula remansit in manibus Archiepiscopi, & ideo Io. Baptista non potuisset probare ratificationē si fuisset factus locus lucro pecuniarum, quia vltra instrumentum & cedulam in eius manibus adsunt quietantiæ fructuū, quibus potuisset probare ratificationem præsertim cum concurrant adminicula.

Quo vero ad secundā obiectionē Domini dixerunt, quòd 3 cum ista societas sit posita in manuali post aliam societatem initam ab eodem Io. Baptista eadem die cum D. Barberino, in qua adsunt clausula actum, locus, & testes, ista censentur repetita in hac societate. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium.num.8.& ibi Bald. n. 1. & Alexan.num.4.ff.de eden. & fuit resolutū in causa Parmen. status,

statuus, & in alia Romana societatis coram bo. mem. Orano, & demum coram me in causa Romana societatum 24. Ianuarij 1600. & secundum DD. cessat omnis difficultas, quia constat de veritate istius societatis ex accessione Hieronymæ de Cosciaris cum decreto Iudicis, quæ habet clausulam actum, locum, & testes, & concurrit solutio pecuniarum, & obseruantia nouem Annorum cum solutione fructuum, quæ omnia supplerent istos defectus etiam si instrumentum non esset in forma probanti, vt fuit resolutum in causa Sorana beneficiorum 22. Maij 1587. coram bon. mem. Orano per cons. Bal. 400. num. 3. lib. 4.

ILLVSTRIS. LANCELLOTTO

Romana societatis. Veneris 19. Aprilis 1602.

SVMMARIVM.

1 *Periculum vitæ residet in vita dantis pecunias si alia persona non esse nominata vigore conuentionis.*

2 *Scientia contractus societatis celebratæ ex quibus eliciatur.*

DECISIO LXIII.

FVit dictum Abbatem de Riarijs fuisse superlucratum pecunias, de quibus agitur, per obitum Bacci, super cuius vitæ periculo inita fuit societas, stante conuentione de qua in instrumento societatis, quòd illa censeretur facta super periculo vitæ personæ nominandæ in ratificatione infra 15. dies proximos, ac interim, & illis elapsis, & non nominata dicta persona super periculo vitæ ipsius Bacci, vnde cum Baccius infra 15. dies proximos à die conuentionis non nominauit periculũ vitæ alterius, societatis permansit super vita ipsius. 1

Nec obstat, quòd stante absentia Bacci, & ipsius ignorantia tempus 15. dierum non incipiat currere nisi à die scientiæ, quia omisso an probetur sufficienter illius absentia nihilominus illa non concluderet ad ignorantiam, cum etiam absens potuerit scire imò scientia, est multum verisimilis, quia in instrumento exprimitur ita conuentum fuisse cum Baccio, quod etiam est credendum, quia alias sine consensu Bacci

2 (margin number beside "sens potuerit scire")

Abbas

Abbas non contraxisset hanc societatem exponendo se periculo quod Baccius nollet eam ratificare, & tollitur omnis difficultas ex facto ipsius Bacci, qui recepit fructus à prima die qua inita fuit societas, per quā receptionem fructuum declaratur societatem, vsque ab initio fuisse initam de ipsius consensu; aliàs si non interuenisset consensus ipsius ab initio, sicut ante suam ratificationem non currebat periculum vitæ in personam ipsius, nec poterat esse locus lucro pecuniarum, ita nec poterat percipere fructus, ac ideo in consequentiam Baccius recipiendo fructus à prima die declarauit, quòd pro illo tempore quo percepit fructus ante nominationem Lucretiæ, societas staret super periculo vitæ ipsius, quòd præsupponit in necessarium antecedens, societatem fuisse contractam de consensu ipsius; Nam non se compatiuntur ad inuicem, quod societas currat respectu fructuum, & eodem tempore nō currat respectu facultatis nominādi, cum tamen eo tempore societas debeat esse perfecta quo ad omnia, scilicet perceptionem fructuum, & facultatem nominandi, quod etiam colligitur ex subsequentis, ex quibus apparet nullam habitam fuisse rationem istius ratificationis cum nominatione periculi vitæ in personam Lucretiæ, tum quia non fuit notata in margine, vt fieri solet, tum quia idem Baccius per nouem Menses & vltra, post dictam nominationem fecit aliā ratificationem, absque aliqua nominatione alterius personæ, vnde colligitur primam ratificationem cum nominatione Lucretiæ non habuisse effectū; quia alias hæc secunda fuisset superflua.

Et in hanc sententiam eò facilius Domini venerūt, quia eis non placuit iste modus agendi quo vsus fuit Baccius, qui nimis callidè se gessisse videtur nominando periculum vitæ Lucretiæ absq; eo quod registraretur à tergo societatis, nec Abbati intimaretur, vnde id sciri non poterat ab Abbate, & deinde ratificando absque nominatione alicuius, ita vt Abbas non posset prætendere lucrum per mortem Lucretiæ.

Nec obstat quòd hæc nominatio Lucretiæ saltim potuerit deseruire pro translatione peri-

culi vitæ de vna in aliam personam, quod ex pacto fieri potest fructibus non solutis, quia licet Baccius id potuerit facere tamen non fecit, & ideo intrat regula. Quod potui, nolui, &c.

R. P. D. BLANCHETTO.

Romana societatis. 11. Maij 1582.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio periculi vitæ facta per socium infirmum non dicitur facta in fraudem.*

2 *Periculum vitæ donec fiat nominatio residet super vita dantis.*

3 *Ratificatio societatis qualis esse debeat.*

4 *Ratificatio societatis expressa vnde eliciatur.*

DECISIO LXIII.

Domini in propositione istius causæ, fuerunt concordes, 1 quod in nominatione facta per Octauiam de Clarice, vigore facultatis reseruatæ Octauiæ nulla interuenit fraus, cum non fuerit articulata, nec etiam probata talis infirmitas, quæ inducat frandis præsumptionē contra nominantem, c. 2. de renunciat. lib. 6. Anchar. cons. 388. à Rota sæpius canonizatum, & placuit etiam Dominis huiusmodi contractum non sapere vsurariam prauitatem, 2 quia donec Octauia nominaret personam, in cuius periculo pecuniæ existerent in societate, periculum residebat in eius vita. Non dubitarunt etiam quòd si de stylo ad effectum, vt transferatur periculum in persona nominata, quòd nominans debet superuiuere per 15. dies, prout post disdictam superuiuere debet; vt societatis literũ cedat commodo officialis.

Difficultas fuit inter Dominos, an constet de ratificatione cum Octauia non de qualicunque, sed quòd in ratificatione societatis posset nominare personam super cuius periculo starent pecun. & aliquibus ex Dominis videbatur partes intellexisse de alia ratificatione, quam de ea, quæ consideratur per aduersarios Claricis; videlicet per mandatum de soluendo pecunias, quòd dubitari potest an præcesserit, vel subsecutum fuerit: quinimo considerabant, quòd partes solutionem pecuniarum præsupposuisse intelligantur, dum volunt, quòd donec

nec Octauia ratificauerit, pecuniæ stet periculo vitæ ipsius, quæ non potuerunt stare, nisi facta solutione, cum igitur præsupponat solutionem, & conueniant de nominatione facienda in ratificatione, vtique de alia quam de ista intellexisse videntur. Addebantur quòd vigore cedulæ, pecuniæ non essent soluendæ officiali, sed recognoscenti bonam fidem. Sed procurator dictæ Octauiæ non potest dici ratificasse; & considerabant, quòd in hoc casu sufficeret tacita, quæ videtur colligi ex retentione fructuum primi semestris, secundo quòd quatenus requiratur expressa; illa videtur adesse ponderando verba cedulæ, *per complimento di vna compagnia che ho fatto*; ex quibus videtur inferri, quod ipsa voluerit integrè satisfacere his quæ in instrumento continentur; alij perfectionem considerabant, videlicet per nominationem personæ; tunc enim societatis contractum perfectum esse, & præcipuè cũ dicant se iam fecisse societatẽ, & ita prosupponant eam contractam, vnde data scientia, & verbis claris videbatur satis constare de ratificatione, in qua cum non fuerit nominata persona, non potuit postea nominare dictam Claricem; Ideo dixerunt, vt partes super hoc informarent, an ex dicta cedula sit inducta talis ratificatio, per quàm sit consumpta facultas nominandi personam, cuius vitæ periculo pecuniæ stare debebent.

R. P. D. ORANO.

Romana vineæ de Brunis 2. Decembr. 1591.

SVMMARIVM.

1 *Debitor primæ societatis ad bonvi tenentur ad solutionem fructuum secunda contracta pro illius extinctione declaratio requiritur.*

2 *Societas dicitur lucrata ad fauorem illius qui subit periculum.*

3 *Desdicta in actis reproduci debet ne sit in facultate desdicentis eu vti vel non.*

4 *Declaratio præfata æqualis esse debent.*

5 *Interesse damni emergentis in casu de quo hic ad hoc possit prætendi quæ requirantur.*

6 *Non attenditur sæpe quod euenit,*

riculo vitæ, & quod officium in ea stet tantum pro colore; quia ex supradictis patet quod officium est necessarium, aliàs enim societas remaneret sine subiecto, nec daretur compensatio periculi vitæ, quæ pro validitate societatis requiritur, vt fuit latè deductum in dicta causa Romana societatum 29. Ianuarij 1601.

Nec placuit quod huiusmo-
12 di societas possit substineri in vim census vitalitij, qui solet fieri propter periculum vitæ æstimabile pecunia, iuxta cons. Oldrad. 207. quia fuit responsum ex lectura instrumenti cõstare, partes voluisse facere contractum societatis, non autem census vitalitios, ideò non posse illum reduci ad aliam speciem contractus, quem partes facere non intellexerunt. Præsertim quia huiusmodi contractus societatis est contrarius naturæ census vitalitij, ex quo in eo sors principalis repeti non potest. Vnde dicitur magis accedere ad naturam emptionis, & venditionis, quàm mutui; in cõtractu vero societatis, is qui dat pecunias elapsis sex mensibus potest illas quandocumq; repetere, & sic tanto minus contractus societatis substineri potest in vim census vitalitij, vt fuit ponderatum in dicta causa Romana societatum coram Illustrissimo Cardinali Millino.

13 Non obstat decisio in causa Foroliuien. societatis 2. Decembris 1583. relata inter impress. diuers. 763. par. 1. quia non loquitur de societate inita ad rationem 12. pro centenario cum compensatione periculi vitæ, de qua nunc agitur, sed de societate, in qua inducitur communicatio dominij officij cum participatione damni & lucri, quod non negatur fieri posse etiam in officijs non vacabilibus.

Minus obstat, quod officium de quo agitur, licèt sit perpetuum, reddat tamen fructus ad rationem 12. pro centenario, quia placuit responsio, quod etiam si id esset verum, esset tamen per accidens, vel ratione exercitij, cum regulariter officia non vacabilia non reddant nisi quinque, vel sex pro cente-
14 nario. Vltra quod etiam si officia perpetua redderent 12. pro centenario, adhuc cessat dicta compensatio periculi vitæ inter officialem, & eum, qui dat

dat pecunias, prout ad validitatem societatis necessario requiritur ex supradictis.

ILLVSTR. CARD. MILLINO.

Romana societatis officij.
Lunæ 28. Ianuarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio societatis ex quibus eliciatur.*

2 *Decisio in Romana societatis coram Blanchetto declaratur.*

3 *Clausula apposita in instrumento antecedenti, an & quando præsumantur repetita insequenti.*

DECISIO LXII.

PRætendebat D. Io. Baptista Massa, quod fructus societat. offic. ab eo soluti Illustrissimo Archiepiscopo Amalphitano, debebant computari in sortem principalem, quia societas ab Archiepiscopo non fuerat ratificata, & quia in instrumento deficiunt clausula actum, locus, & testes. Neutrum ex istis fundamentis placuit DD. dubio per me in Rota proposito, & ideo concluserunt mandatum contra eum esse relaxandum pro fructibus decursis, & non solutis, quia quantum ad priorem obiectionem defectus ratificationis de ea
1 satis constat per cedulam subscriptã manu propria ipsius Io. Baptistæ quæ probat actualem solutionem fuisse factam ab ipso Archiepiscopo, & quamuis istæ cædulæ soleant subscribi ante effectualem solutionem pecuniarum, & sub spe futuræ numerationis propter accessiones fideiussorum, qui postea obligantur, tamen sufficit ad istum effectum, quod non consignatur nisi post solutionem. Prætereà concurrit solutio fructuum facta per plures alios ipsi Archiepiscopo, quæ probatur ex confessione Io. Baptistę, qui affirmat, quòd computatis omnibus pecunijs aduersario solutis est satisfactus de scutis 500. & vltra. Et licet solutio fructuum fuerit facta ab anno 1593. procuratori Archiepiscopi, tamen multum verisimile est, quod solutiones præcedentes fuerint factæ ipsi Archiepiscopo, cum non appareat, quòd de eo tempore haberet procuratorem in curia, & non exhi-

exhibeantur quietantiæ, quæ sunt in manibus Io. Baptistæ ex quibus posset detegi veritas ratificationis. Vltrà quod procurator, cui fuerunt factæ solutiones subsequentes habebat speciale mandatum ad exigendum fructus societatum officiorum, & per perceptionem fructuum factam à legitima persona, cui necessariò soluenda erat inducitur ratificatio cõtractus. Dec. cons. 58. num. 2. & cons. 296. num. 2.

Et tantò magis concurrente lapsu tanti temporis, & taciturnitate Archiepiscopi in non petendo fructus, ex istis enim arguitur eius scientia, & quod solutiones fiebant de eius voluntate, & consequenter, quod societas ab eo erat ratificata.

2 Non obstat decisio in causa Romana societatis coram Illustrissimo D. Cardin. Blanchetto; quia in ea non tangitur ista difficultas, & termini illius decisionis sunt multum diuersi: in eo enim casu non dubitatur an solutio facta à dante pecunias ad societatẽ induceret ratificationem contractus, sed dubitatur solum, an per mandatum de soluendo esset inducta talis ratificatio, per quam excluderetur facultas nominãdi infra quindecim dies, & quòd interim societas staret super periculo vitæ dantis pecunias, si ratificatio per solutionem excluderet facultatem nominandi, & ideò ratificatio ad istum effectum debet esse diuersa ab ea, quæ fit per solutionem pecuniarum.

Non obstat, quod cedula remansit in manibus Archiepiscopi, & ideo Io. Baptista non potuisset probare ratificationẽ si fuisset factus locus lucro pecuniarum, quia vltra instrumentum & cedulam in eius manibus adsunt quietantiæ fructuũ, quibus potuisset probare ratificationem præsertim cum concurrant adminicula.

Quo vero ad secundã obiectionẽ Domini dixerunt, quòd
3 cum ista societas sit posita in manuali post aliam societatem initam ab eodem Io. Baptista eadem die cum D. Barberino, in qua adsunt clausula actum, locus, & testes, ista censentur repetita in hac societate. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. 8. & ibi Bald. n. 1. & Alexan. num. 4. ff. de eden. & fuit resolutũ in causa Parmen.

status,

status, & in alia Romana societatis coram bo. mem. Orano, & demum coram me in causa Romana societatum 24. Ianuarij 1600. & secundum DD. cessat omnis difficultas, quia constat de veritate istius societatis ex accessione Hieronymæ de Cosciaris cum decreto Iudicis, quæ habet clausulam actum, locum, & testes, & concurrit solutio pecuniarum, & obseruantia nouem Annorum cum solutione fructuum, quæ omnia supplerent istos defectus etiam si instrumentum non esset in forma probanti, vt fuit resolutum in causa Sorana beneficiorum 22. Maij 1587. coram bon. mem. Orano per conf. Bal. 400. num. 3. lib. 4.

ILLVSTRIS. LANCELLOTTO

Romana societatis. Veneris 19. Aprilis 1602.

SVMMARIVM.

1 *Periculum vitæ residet in vita dantis pecunias si alia persona non esse nominata vigore conuentionis.*

2 *Scientia contractus societatis celebratæ ex quibus eliciatur.*

DECISIO LXIII.

FVit dictum Abbatem de Riarijs fuisse superlucratum pecunias, de quibus agitur, per obitum Bacci, super cuius vitæ periculo inita fuit societas, stante conuentione de qua in in-
1 strumento societatis, quòd illa censeretur facta super periculo vitæ personæ nominandæ in ratificatione infra 15. dies proximos, ac interim, & illis elapsis, & non nominata dicta persona super periculo vitæ ipsius Bacci, vnde cum Baccius infra 15. dies proximos à die conuentionis non nominauit periculũ vitæ alterius, societatis permansit super vita ipsius.

Nec obstat, quòd stante absentia Bacci, & ipsius ignorantia tempus 15. dierum non incipiat currere nisi à die scientiæ, quia omisso an probetur sufficienter illius absentia nihilominus illa non concluderet ad ignorantiam, cum etiam ab-
2 sens potuerit scire imò scientia, est multum verisimilis, quia in instrumento exprimitur ita conuentum fuisse cum Baccio, quod etiam est credendum, quia alias sine consensu Bacci

Abbas

Abbas non contraxisset hanc societatem exponendo se periculo quod Baccius nollet eam ratificare, & tollitur omnis difficultas ex facto ipsius Bacci; qui recepit fructus à prima die qua inita fuit societas, per quã receptionem fructuum declaratur societatem, vsque ab initio fuisse initam de ipsius consensu; aliàs si non interuenisset consensus ipsius ab initio, sicut ante suam ratificationem non currebat periculum vitæ in personam ipsius, nec poterat esse locus lucro pecuniarum, ita nec poterat percipere fructus, ac ideo in consequentiam Baccius recipiendo fructus à prima die declarauit, quòd pro illo tempore quo percepit fructus ante nominationem Lucretiæ, societas staret super periculo vitæ ipsius, quòd præsupponit in necessarium antecedens, societatem fuisse contractam de consensu ipsius; Nam non se compatiuntur ad inuicem, quod societas currat respectu fructuum, & eodem tempore nõ currat respectu facultatis nominãdi, cum tamen eo tempore societas debeat esse perfecta quo ad omnia, scilicet perceptionem fructuum, & facultatem nominandi, quod etiam colligitur ex subsequentis, ex quibus apparet nullam habitam fuisse rationem istius ratificationis cum nominatione periculi vitæ in personam Lucretiæ, tum quia non fuit notata in margine, vt fieri solet, tum quia idem Baccius per nouem menses & vltra, post dictam nominationem fecit aliã ratificationem, absque aliqua nominatione alterius personæ, vnde colligitur primam ratificationem cum nominatione Lucretiæ non habuisse effectũ; quia alias hæc secunda fuisset superflua.

Et in hanc sententiam eò facilius Domini venerũt, quia eis non placuit iste modus agendi quo vsus fuit Baccius, qui nimis callidè se gessisse videtur nominando periculum vitæ Lucretiæ absq; eo quod registraretur à tergo societatis, nec Abbati intimaretur, vnde id sciri non poterat ab Abbate, & deinde ratificando absque nominatione alicuius, ita vt Abbas non posset prætendere lucrum per mortem Lucretiæ.

Nec obstat quòd hæc nominatio Lucretiæ saltim potuerit deseruire pro translatione peri-

nec Octauia ratificauerit, pecuniæ stet periculo vitæ ipsius, quæ non potuerunt stare, nisi facta solutione, cum igitur præsupponat solutionem, & conueniant de nominatione facienda in ratificatione, vtique de alia quam de ista intellexisse videntur. Addebantur quòd vigore cedulæ, pecuniæ non essent soluendæ officiali, sed recognoscenti bonam fidem. Sed procurator dictæ Octauiæ non potest dici ratificasse; & considerabant, quòd in hoc casu suf ficeret tacita, quæ videtur colligi ex retentione fructuum primi semestris, secundo quòd quatenus requiratur expressa, illa videtur adesse ponderando verba cedulæ, *per complimento di vna compagnia che ho fatto;* ex quibus videtur inferri, quod ipsa voluerit integrè satisfacere his quæ in instrumento continentur, alij perfectionem considerabant, videlicet per nominationem personæ; tunc enim societatis contractum perfectum esse, & præcipuè cũ dicant se iam fecisse societatẽ, & ita prosupponant eam contractam, vnde data scientia, & verbis claris videbatur satis constare de ratificatione, in qua cum non fuerit nominata persona, non potuit postea nominare dictam Claricem: Ideo dixerunt, vt partes super hoc informarent, an ex dicta cedula sit inducta talis ratificatio, per quàm sit consumpta facultas nominandi personam, cuius vitæ periculo pecuniæ stare deberent.

R. P. D. ORANO.

Romana vineæ de Brunis 2. Decembr. 1591.

SVMMARIVM.

1 *Debitor primæ societatis ad bo. vt teneantur ad solutionem fructuum secundæ contractæ pro illius extinctione declaratio requiritur.*

2 *Societas dicitur lucrata ad fauorem illius qui subit periculum.*

3 *Disdicta in actis reproduci debet ne sit in facultate disdicentis eo vti vel non.*

4 *Declaratio præfata æqualis esse debent.*

5 *Interesse damni emergentis in casu de quo hic ad hoc possit prætendi quæ requirantur.*

6 *Non attenditur sæpe quod euenit,*

nit, sed quod videre poterat.

DECISIO LXVI.

IN vna Romana Vineæ de Brunis fuerat dictum D. Merendæ etiam post immissionem in eius possessioné ex Saluiano damna, & interesse deberi, & ideo Brunos vineam repeten. sub prætextu quod ex eius fructibus per Merendam perceptis debitum eorum principale foret extinctum exceptioni non solutorum damnorum, & interesse repelli. Quare fuit propositum dubium stañ. resolutionibus in hac causa factis. An damna, & interesse per Merendam occasione fructuum societatum officiorum passa dicantur sufficienter verificata, ex eo quod in dictis societatibus non fuit facta declaratio, quod commodum & incommodum spectaret ad Brunos, & Domini fuerunt in voto negatiuo: Nam
1 ad hoc, vt damna propter fructus societatum solutos afficerent Brunos necessarium erat, quod per Merendam facta fuisset declaratio societatem in istam causam damni scilicet & interesse inhiri, ad Mohed. decis. 103. Idem etiam propter dubium euentum, quem subibat
2 pecunias ad societatem accipiendo cum per mortem eas dantis illæ lucro illius cederent ad cuius periculum fuerant acceptæ alias enim fuisset in eius potestate, veniente casu mortis dantis, & sic lucri declarari suo commodo societates fuisse contractas, cessante verò huiusmodi casu, damno, & incommodo debitoris eas adscribere contra reg. qui sensit, de reg. iur. lib. 6. & l. secundum naturam, vbi Dec. ff. eod. Qua etiam ratione passim obseruari videmus,
3 quod disdictæ societatum ad hoc, vt afficiantur debitores intra quindecim dies, reproduci debent in actis, quia aliter daretur materia fraudi, quæ fieri posset expectando exitum dubij euentus. Verall. decis. 13. lib. 2. manuscript. Et Rota in vna Romana cedularum coram R. P. D. Decano de mense Maij proximè præteriti censuit illi qui emerat quasdam cedulas nomine, vt aiebat mandantis denegan. restitutionem prætij, ex quo dictam emptionem non declarauerat, nec mandanti in tempore notificauerat non alia quidé ratione, quàm quod vide-

videbat in emptoris arbitrio esse dicere, quod per se eas emerat si res ex voto successisset.

Non obstat decis. fact. corā R. P. D. Blanchetto, in qua habetur, quod damna Merendæ probātur à die protestationis, quia tunc non fuit discussum, 6 An requireretur ista declaratio. Nec refragantur protestationes pro Merenda factæ, quia nimis sunt generales, & æqui-
4 uócæ. Nam fuit necessarium, quod continerent specialem & indiuiduam declarationem, quod pecuniæ acciperentur in eam causam, vt fuit resolutum in vna Romana pecuniaria de Zambrerijs coram bon. mem. D. Lauretano, in qua fuit deci-
5 sum ad hoc vt interesse damni emergentis debeatur oportere petentem probare in indiuiduo se accepisse pecunias ob nō solutum debitum, & satis est quod illæ operentur, vt possint damna & interesse à debitore repetere, dummodo tamen illa per claras probationes iustificentur. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. num. 6. vers. quid ergo si mutuo. ff. si cert. pet. per text. in l. qui testam. ff. de probat. & in l. cunctos populos. colum. 3. vers. deinde pono. C. de sum. Trin. & fid. Cath. Anch. cons. 50. num. 7. Natt. cons. 490. num. 7. vbi quando causa requiritur ad essentiam actus non sufficit illa fateri subsistere, nisi verè probetur. l. si forte. ff. de pecul. Castr.

6 Minùs facit, quod casus non euenit lucri alicuius societatis, quia non attenditur quid acciderit, sed quid euenire potuit, quod in societatibus solet haberi in consideratione. Argum. l. si idoneæ cum eo. §. fin. cum ibi not. per Castren. & Bal. ff. de iurisd. omn. iud. & per Bar. in l. inter stipulantem. §. sacrum num. 7. ff. de verborum obligation.

R. P. D. IVSTO.

Romana societatis officij.
Lunæ 31. Ianuarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Procurator habens mandatum cū libera non potest in alterius fauorem fideiubere.*
2 *Clausulæ generales mandati restringuntur circa negotia domini.*
3 *Fallit vt hic.*
4 *Fideiubere est alterius obligationi*

gationi accedere.

5 *Statutis Vrbis claris non est locus coniecturis.*

6 *Mandatum speciale quando dicatur concessum.*

DECISIO LXVII.

1 MAndatum cum libera vallatum quibuscunque amplissimis facultatibus regulariter non censetur dare facultatem procuratori, vt extra negotia in alterius fauorem fideiubeat. l. si seruus inscio, vbi not. Bar. & alij Doctores. ff. de fideiuss. Castr. in l. contra iuris in princ. & ibi Ias. in §. qui pecuniam. num. 2. ff. de pact. Ang. in l. in personam. §. qui pecuniam. num. 2. ff. eodem. Dec. cons. 90. num. 1. in fin. Anchar. cons. 332. Alex. cons. 139. lib. 5. Lup. qui alios allegat in c. per vestras. §. 18. n. 9. car. mihi 204. de donat. inter
2 vir. & vxor. quia clausulæ generales restringũt circa expressa, idest circa negocium, & vtilitatem Domini ad quam restringitur officium procuratoris. Bald. & alij Doct. in l. si procurator. C. de procurat.
3 His tamen non obstantibus DD. conueniunt, fideiussionem de qua agitur factam à procuratore nomine principalis fuisse validam propter verba clara mandati, quę non possunt aliud importare, cum expresse detur facultas acceden. instrum. facien. per quascumque personas ad fauorem quarumcumque personarum, vnde hoc modo Dominus non poterat alio modo obligari, quam per viam fideiussionis, & verba omnino repugnant, vt mandatum intelligatur solum in concernen. negotia Domini, quia vult, quod procurator possit accedere in contractibus facien. per quascumque personas, & in fideiu-
4 iubere quod est quando alienæ obligationi quis accedit. l. Græcè. §. illud commune. ff. de fideiuss. & ad fauorem quarumcumque, & ita non solum pro ipso, & etiã vti principalis principaliter & insolidũ, quæ verba solum conueniunt fideiuss. non controuerti irrito nomine constituen.
5 Quibus stantibus nõ relinquitur locus cõiecturis, & interpretationi secundũ regulas iuris. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligat. l. ille aut ille. §. 1. de leg. 3. Quinimmo
6 videtur datum speciale mandatum,

tum, quia hoc est nominatim concessum, vel saltem per verba haben. tūm specificę expressionis. l. non solum. §. fin. l. Pomponius. in princip. ff. de procur. l. illud. §. si tales. ff. de minor. Gem. And. Franc. & alij in c. qui ad agen. §. sed si aliquis de procur. in vi, & ita decisum.

ILLVSTR. LANCELLOTTO.

Romana societatis officij.
Lunæ 2 0. Nouembris 1608.

SVMMARIVM.

1 *Facultas transferendi concessa duobus, an & quando censeatur concessa insolidum.*

2 *Copula, &, quando importet coniunctiuam, vel disiunctiuam.*

3 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia illa pariformiter determinat.*

4 *Copula, vbi, ponitur inter personas non respicitur concursus vtriusque.*

5 *Copula, quando, resoluatur in disiunctiuam.*

DECISIO LXVIII.

FVit dictum mandatum A. C. esse exequendum quoad scuta 100. quia societas fuit superlucrata per obitum bo. me. Zaffiri Ferratini, super cuius periculo fuerunt translata per Gottardum hanc facultatem habentem vigore instrumenti societatis, etiam si attendatur extensum in protocollo, 1 in quo licet facultas transferēdi reseruata fuerat D D. Faustinæ, & Gottardo itaut non videretur competere insolidum, sed coniunctim attenta natura 2 copulæ, & tamen in hoc casu contrarium doctum fuit, quod scilicet copula non importet coniunctiuam, sed disiunctiuā, & alternatiuam, & sic stet pro vel, vt per Alber. in dictionario, in verbo &, Rom. consil. 104. nu. 3. tum quia sicut respectu Dominæ Faustinę penes ipsam erat dominium pecuniarum, non erat dubium quod facultas transferendi esset pręsentata insolidum. l. in re mandata. C. mandati. ita dictum est respectu Domini Gottardi, 3 & vna determinatio respiciens plura determinabilia illa pariformiter determinat. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Tum 4 quia quando copula reperitur inter personas regulariter non requiritur cōcursus vtriusque.

not. in l. 1. ff. de infamibus, Corn. conſ. 28. num. 2. lib. 3. tum quia quando plura copulantur circa vnum effectum in quo omnino non ſunt neceſſaria, de iure copula reſoluitur in disiunctiuam. Bar. in l. diuus. ff. de re iudic. Decian. reſponſ. 44. num. 17. lib. 4. tum etiam, quia hoc pacto nulla adeſt contrarietas inter inſtrumentum extenſum in protocollo, & broliardellum, ſiue matricem in qua cum facultas transferēdi ſit reſeruata omnimodo facultas, &c. item ibi cum facultas transferendi, &c. item eodem modo debet intelligi extenſum & tum denique, quia concurrit veriſimilis mens diſponentis quo caſu copulatiua

5 reſoluitur in disiunctiuam. Alexan. conſil. 130. in fin. lib. 7. cum alijs per Surd. conſil. 313. num. 54. lib. 3. de qua veriſimili mente D. Gottardi conſtat ex quo ſocietas fuit contracta in abſentia D. Fauſtinæ ab quo ſolo qui poterat quæcumque pacta ſibi beneuiſa apponere qui erat pater & adminiſtrator, & omnes alias facultates ſibi reſeruauit, necnon ex obſeruātia ſubſecuta ipſe ſolus tranſtulit periculum vitæ quod attenta qualitate ſuæ perſonæ, vtique non feciſſet, niſi ſciuiſſet quod talis facultas ei inſolidū competeret, vel ſaltem id opinatus, eſſet cuius opinioni valde attendendum eſt, & ad iſtū effectum. l. ſi quis putat. ff. de acquiren. hæredit. Aym. conſ. 88. num. 15.

R. P. D. PAMPHILIO.

Romana pecuniaria.

Ven. 14. Decembris 1612.

SVMMARIVM.

1 *De validitate ſentētiæ conſtare dicitur ex reuolutione proceſſus.*

2 *Societates contractæ per virum, nomine, & de pecunijs vxoris, dicuntur ad illam ſpectare, quando illi fuit tradita poſſeſſio.*

3 *De poſſeſſione in caſu prædicto, conſtat ex receptione memoriæ ſocietatis.*

4 *Mulier præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis viri.*

5 *Præſumptio l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxorem ceſſat ſtante confeſſione mariti.*

6 *Verba, per manus, denotāt pecunias*

cunias esse illius, cuius nomine fit solutio.

7 *Præsumptio l. quintus cessat quando mulier potuit aliunde acquirere.*

8 *Frater pro sorore est idoneus testis concurrentibus omnibus, de quibus hic.*

9 *Famulus pro Domino admittitur in testem, quando tempore examinis non habet salarium.*

10 *Ad tollẽdam præsumptionem, l. quintus, sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ.*

11 *Confessio mariti non dicitur facta in fraudem prohibitæ donationis, quando constat de illius veritate.*

12 *Simulatio cessat, quando apparet de veritate.*

13 *Constito de credito ad probandam quantitatem sufficit leuior probatio.*

DECISIO LXIX.

Concluserunt Domini senten tiam A. C. per quam D. 1 Gaspar fuit condemnatus ad restituendum vxori scuta 700. vna cum fructibus etiam confirman. quia de illius validitate constat ex reuolutione processus in quo apparet de citatione, iurisdictione, & mandato procuræ, & quod fuerint seruati termini substantiales, & reiterati, Verall. decis. 260. parte secunda.

2 Iustitia verò deducitur ex eo, quod D. Gaspar contraxit plures societates nomine, & de pecunijs D. Victoriæ vxoris, & propterea dictæ societates, etiã quoad fructus illarum dicuntur spectare ad vxorem, cui tradita fuit etiã possessio, per text. 3 in l. multum interest, & ibi Castr. in 4. vers. non sequatur poss. traditio, C. si quis alt. vel sibi prout de possess. constat ex eo quod Victoria recipiebat de manu mariti memorias societatum, & aliquando etiam fructus illarum, vt deponunt testes, in summario nu. 5. Ideoq; D. Gaspar tenetur ad restitutionem non solum sortis principalis quam recepit in illarum cassatione, sed etiam fructuum quos pluribus annis recepit, & non consignauit vxori.

4 Neq; obstat, quod dictæ pecuniæ præsumantur acquisitæ per D. Victoriam ex bonis viri per tex. in l. quintus, ff. de donat. inter vir. & vxor. quia pro responsione fuit dictum, quod ex cõfessione D. Gasparis constat

stat pecunias fuisse vxoris, quæ
5 confessio etiam contra ipsum maritum facit cessare præsumptionem d.l. quintus, Bald.cõs. 67. num. 4. lib. 5. Bellam. cons. 17. nu. 11. Gabr. de præsump. conclus. 15. num. 15. Menoch. præsumpt. 51. num. 27. & 28. lib. 3. Pedem. decis. 140. nu. 8. Boer. decis. 81. num. 5. in fin. in vers. nisi vxor. & tenuit Rota in causa Romana societatis 23. Ianuarij 1593. coram Cardin. Pamphilio. Nec quoad præiudicium mariti est facienda distinctio, an pecuniæ fuerunt numeratæ per vxorem præsente, & tacente viro, vel quod per virum absente vxore. Menoch. dicta præsumpt. 51. num. 30. in 2. casu, & num. 31. lib. 3. Pedem. dict. decis. 140. n. 8. & 19. in fin. Bellon. dicto cons. 7. in fin.

Confessio autem D. Gasparis probatur ex assertione per ipsum facta in pluribus instrumentis societatum, in quibus expresse declarat, quod tot pecuniæ erant propriæ ipsius vxoris, & quod residuũ supplebat de suo, quia pecuniæ vxoris non sufficiebant; vt in summario num. 6. & in omnibus alijs instrumentis de quibus dicto summario num. 3. officiales dicunt recipere pecunias à D. Victoria per manus D. Gasparis, qui propterea cẽsetur fateri pecunias fuisse vxoris; nam ex
6 illis verbis, per manus, colligitur ipsum fuisse simplicem ministrum. Bertrand. consil. 282. num. 2. lib. 2. Magon. decis. Floren. 43. num. 14. & fuit dictum coram bo. mem. Cardin. Seraph. in causa Anconitana census 26. Iunij 1600.
7 Preterea fuit dictum præsumptionem l. quintus cessare, quando prout in casu isto constat mulierem potuisse aliunde acquirere. Bald. in l. cum oportet. num. 12. C. de bon. quæ lib. Rom. cons. 159. nu. 4. vers. facit quod dicimus. Bellon. dicto cons. 17. num. 11. Alciat. reg. 3. præsumpt. 26. num. 3. vers. 6. non procedit, & tenuit Rota in causa Romana de Capite Ecitreo 19. Nouemb. 1661. coram bo. mem. Litta, & in causa Romana census 24. Martij 1597. coram bo. mem. Penia.

Quod autem D. Victoria potuerit istas pecunias aliundè acquirere, probatur per testes deponentes, quod D. Victoria accessit ad domum viri cum

sac-

facculaa pecuniarum, vt in summario nu. 2. in fin. Item quod vendidit multa bona mobilia, quæ ipsa habebat vltra dotem, & ex illis precium recepit, dicto summario numer. 2. & 4. Item quod per plures annos recepit à tutoribus filiorum primi viri scut. 60. annua, pro illarũ vestitu quorum saltem maiorem partem potuit ipsa superlucrari cum alter filius esset ætatis octo mensium, alter verò duorum annorum, dicto summario numer. 4. Item dantur quædam quietantiæ D. Victoriæ extractæ ex libris Parizzæ, ex quibus apparet ad manus ipsius peruenisse scut. 120. occasione affictus scripturarum, dicto summario num. 8. Item primus testis deponit quod ipse negociatus fuit pecunias D. Victoriæ, vsque ad annum 1598. quæ tunc ascenderunt ad summã scut. 700. vel 800. & quod post dictum annum cæpit illas negociari D. Gaspar dicto summario num. 5. circa med.

8 Nec obstat quod ipse primus testis sit frater D. Victoriæ, quia placuit DD. responsio, quod ipse testis est religiosus, deponit de facto proprio circa materiã de qua melius potest esse informatus, quam alij, & eius depositio est adminiculata, ex alijs supradictis coniecturis, & testibus quo casu dicitur idoneus testis. Gabr. conclus. 14. nu. 2. & seq. de testibus.

Minus refragatur quod aliæ mulieres examinatæ essent famulæ D. Victoriæ, quia sufficit

9 quod de tempore examinis nõ essent amplius salariatæ. Felin. in c. ex litteris. column. 4. vers. fallit vot. de testibus. Gabr. eodem titulo. concl. 10. num. 9.

10 Quod facilius procedit in casu isto, quia ad tollendas præsumptiones. l. Quintius sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, cum vna præsumptio aliam excludat, Gabr. de præsumpt. dicta conclus. 15. num. 17. in 5. limita. Menad. conf. 5. num. 8.

Et ex his cessat quod dicitur de confessione facta in fraudem prohibitæ donationis inter virum, & vxorem, quia ex supradictis constat de veritate

11 confessionis quo casu fraudis præsumptio cessat Mohed. decis. 2. num. 2. de confess. Dec. cons. 136. num. 10. Aymon. cons. 40. num. 4. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 7. nũ. 6. vers. sic ex confessione. Gabr. de iure

iure dot.conclus.4.num.4.Cephal. cons.474.num.10.Surd. cons. 489. num. 7. lib. 4. Menoch. præsumpt. 12. num. 22. & seqq. lib. 3. & fuit resolutum coram Cantuccio, in causa Amerina Domus 4.Maij 1579. relatus inter impressas diuers. decis. 102.num. 17. par. 2.prout etiam cessat, quod nomen
12 vxoris in instrumentis societatum censeatur simulatè appositum per tex. in l. quamuis, & l. multum interest, cum ibi not. C. si quis alteri vel sibi, quia ex supra deductis constat non solum pecunias cũ quibus fuerunt contractæ societates fuisse D. Victoriæ, sed etiam illi fuisse traditam possessionem. Maritum vero habuisse in eis nudum ministerium, quo casu tollitur omnis simulatio.

Quo vero ad quantitatem scutorum 700. de qua in sententia fuit dictum illam sufficienter probari, ex depositione primi testis, qui de ea præcisè deponit, concurrentibus confessionibus D. Gasparis, & alijs testibus deponentibus de quãtitate in genere, quando enim
13 constat de credito, ad probandam quantitatem sufficit leuior probatio, Bart. in l. admonendi. num. 40. ff. de iure iuran. Dec. in l. in actionibus. num. 13. ff. de in litem iurand. præsertim quod dictus primus testis deponit, quod de anno 1598. pecuniæ D. Victoriæ ascendebant ad summam scut. 700. vel 800. & tamen post dictum annum ex supra deductis constat ad manus D. Victoriæ peruenisse alias pecuniarum summas.

Et ita decisum.

R. P. D. ORANO.

Romana societatis. 30. Octobris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Notitia nominationis periculi vitæ, probatur ex subscriptione.*
2 *Quamuis fieri soleat in carta alba.*
3 *Scientia subscribentis in dubio præsumitur.*
4 *Testes in instrumento fuisse adhibitos, quomodo probetur.*
5 *Substitutus de stylo notariorum deseruit pro teste.*
6 *Testes antecedentis instrumenti censentur repetiti in sequenti.*

7 No-

7 *Notarius extendere potest in breuiaturas.*
8 *Matrix est magis attendenda, quam extensio.*
9 *Scriptura priuata contra scribentem probat.*
10 *Argumẽtum ab vsu patrisfamilias valet.*

DECISIO LXX.

Dominus Marius Fanus contendebat mandatum A. C. tamquam iniustum infirmandum esse per quod declaratum fuit 800. scuta data sibi à D. Laurentio de Picchis ad societatem officij sub periculo vitæ, quod in ratificatione eiusdem nominare sequuto eius obitu non fuisse lucratum, ideoque ad illa soluendum obligatum esse, cũ autem dubium proponi obtinuisset an veniret confirmandum, vel potius reuocandum Domini censuerunt; quia ex fide societatis dictum fuit nominatã fuisse personam Iulij Petrutij super cuius vitæ periculo stare deberet societas, cui, quia D. Marius se subscripserat, vi-
1 debatur habuisse notitiam nominationis, & eam per subscriptionem ratificasse, Alex. consl. 547. num. 3. & consl. 182. nu. 4. lib. 2. Iasl. in l. ita stipulatus, §. Grisogonus, num. 12. de verb. oblig. cum allegatis, & fuit resolutum coram R. P. D. meo Decano in causa Romana Cedularum 24. Februarij 1592. &
2 in causa Romana pecuniaria, siue mercium 8. Nouembris 1596. nec aduersari quod prætẽderet in istis societatib. subscriptiones fieri solere in cartis albis, ita quod non possit inde argui certa notitia cõtentorum
3 in causa, quia fuit responsum in dubio subscribentis scientia præsumi, Paris. consl. 88. nu. 34. lib. 1. Gabr. de præsumpt. conclusl. 3. num. 24. & seq. & illi interim stari, donec contrarium fuerit probatum, iuxta tradita per Bart. in l. sicut, §. non videtur, num. 1. & quib. mod. pign. vel hypoth. præsertim cum accedat instrumenti matrix in qua deprehenditus facta persona denominatio cuius etiam impugnatio sub pretextu quod careat testibus fuit damnata:
4 nam subiecta oculis Dominorum eius in margine adnotatio ostendebat adesse nomen vnius testis subsequen. litteris Hip. quòd designabant Hippolytũ, & in corpore eiusdem descriptio duorum titulorum cætera-

torum

forum importantium adhibitos testes videlicet scriben.& Hip-
5 politum, quia de stylo notariorum quod substitutus deseruit pro teste, Mohed. decis. 346. & sustulit omnem ansam dubitandi, quod cum appositio loci, & testium pertineat ad officium notarij etiamsi admittatur notarium substitutum in stipulatione societatis testes non scripsisse, atque adeo in breuiaturam siue prothocollum instru-
6 menti carere testibus, nihilominus eo casu appositi siue repetiti cẽseri debeãt testes proceden. in eodem prothocollo instrumenti, vt declarat Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, num. 8. & in repetit. nu. 28. ff. de eden. Bald. ibidem, n. 1. vers. quęrit hic. Bart. Alex. num. 4. vers. item in quantum Felin. c. 1. num. 73. vers. Ceterum. de fid. instrum. adeo quod cum nota nominationis periculi vitæ reperiatur in matrice vulgariter Brogliardello appellato, descripta vbi adsunt alia prothocolla propter defectum testium si adesset non posset dici minus probare, quoniam repetiti censentur testes præcedentis instrumenti, vt dicunt communiter DD. in d. §. si initium, & fuit resolutum coram R.P.D. meo Decano in causa Parmen. status 26. Junij, & 15. Decembris 1589. neque eius fidem diminuit extensio facta istius abbreuiaturæ cum adiectione testium quasi contineat correctionem defectus substantialis: nàm ista non fuit correctio alicuius cæteris, sed exten-
7 sio prothocolli ceterati cum testium specificatione quam notarius facere potest, Ias. in l. Gallus, §. idem creden. n. 12. in fin. de lib. & posth. Soc. cons. 94. nu. 4. lib. 1. Grat. cons. 102. nu. 8. vol. 1. Neuizza. cons. 28. num. 12. cũ istud respiciat eius officium, & possit addere ex se etiam ex interuallo, vt not. Bar. in l. si librarius, num. 3. & ibidem Dec. num. 8. ff. de reg. iur. Paris. cons. 61. numer. 9. vol. 3. multo autem magis hoc casu quo interuenit Decretum Iudicis, Ias. cons. 28. num. 1. lib. 1. Caputaq. decis. 247. numer. 1. part. 2. & remissio extensionis commissa collegio Notariorum facta illius D. Mario intimatione à qua non reclamauit, quod tamen sibi præiudicium nul-
8 lum attulit, cum semper possit ad matricem recurrere, qua magis extenso probat, vt notat Bal.

Bald. in l. nostram, num.4. C. de testam. Menoch. de Arbitr. cas. 187. num. 20. cum seq. pręterea ex seqq. videbatur DD. perspicua veritas nominationis factæ: nam societas fuerat contracta super periculo vitæ personæ nominandæ absque eo, quod illa clausula &, interim, fuerit adiecta in matrice ex quo apparet Laurentium eius intentionis fuisse, vt periculum curreret super vita alterius, & & non sua, prout etiam accidit.

Secundò, quia pecuniæ non erant ipsius Laurentij, sed eius cuius periculum nominauit, vt
9 ex priuata scriptura Laurentij constat, quæ saltem contra se scribentem probat, L. publica in fin. depositi.

Tertiò, quia in alia societate ex eiusdem Petrutij pecunijs eodem mense per eum contracta, constat periculum Petrutij nominasse, & valet argumen-
10 tum ab vsu patrisfamilias, l. si quis donationis. de vsuris, l. certi condictio, §. si nummos. vbi scribentes, ff. si cert. pet. ex quibus, & alijs, hic per informantes deductis placuit mandatum A. C. confirmari.

R. P. D. RAMBOLDO.

Romana societatis officij. 5. Decembris 1616.

SVMMARIVM.

1 *Translatio periculi vitæ non adnotata iuxta formam traditam à Constitutione Sanctissimi D. N. est nulla, & suffragari non potest.*

2 *Dicta constitutio non solum dat formam, sed procedit vlterius annullando translationem aliter factam.*

3 *Nec cuique ex contrahentibus prodest.*

4 *Inter contrahentes seruari debet æqualitas.*

5 *Contractum claudicare, quando non sit absurdum.*

6 *Omissio adnotationis imputanda est illi qui tractat de lucro captando.*

7 *Actus ab initio nullus non potest etiam per consensum partis conualidare.*

DECISIO LXXI.

Conclusum fuit D. Fabiū per mortem Martiæ non fuisse superlucratum societatem,

tem, quia ex lectura instrumenti apparet, quod dicta Societas inita fuit sub periculo vitæ Faustinæ Monialis, & consequenter non poterat per mortem Martiæ superlucrari.

Non obstat quod prætenditur fuisse translatum periculũ vitæ de persona Faustinæ in personam Martiæ, quia cum
1 iuxta Constitutionem Sanctiss. Domini nostri huiusmodi translationes non solum debeant intimari, & reproduci, verum etiam in margine instrumenti adnotari, & hæc adnotatio in casu isto deficiat d. prætensa translatio fuit nulla. c. cum dilecta. de rescript. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. Alex. cons. 212. numer. 2. lib. 6. & cons. 137. nu. 15. lib. 2. Roman. cons. 203. num. 2. & consil. 236. num. 8. Ias. consil. 141. num. 1. in fin. & seq. Surd. decis. 268. num. 8. nec propterea potest d. Fabio suffragari, &
2 maxime quia d. constitutio, ne dum dat formam, iuxta not. per Anch. cons. 241. sub nu. 6. & Surd. decis. 268. num. 9. vbi quod quando lex aliquid de nouo introducit quicquid ibi exprimitur est reputan. de forma, sed vlterius etiam procedit annullando translationem aliter factam dum expressè disponit, quod cuiquam non prosit, Felin. in c. cum dilecta, sub num. 6. vers. quintum signum, de rescrip. Boer. decis. 1. num. 45.

3 Nec placuit Dominis interpretatio à Scribentibus pro Fabio verbo, cuiquam, data, quod scilicet referendum sit ad solum transferentem, quasi dicta cõstitutione caueatur, quod translatio aliter facta cuiquam transferenti non prosit, quia visa fuit hæc interpretatio satis mendicata, & quod verus, & germanus sensus dd. verborum sit, quod cuiquam ex contrahentibus non prosit.

4 Quod & eo magis suadere putabant, quia inter contrahentes seruari debet æqualitas, & d. interpretatione supposita contractus claudicaret; vt bene animaduertunt informantes pro Marco Antonio.

5 Nec obstat quod onus curandi, vt dicta adnotatio fieret spectabat ad Marcum Antonium, ac propterea absurdum non est quod in ipsius præiudicium habeatur translatio pro perfecta, secus vero ad illius commodum, atque ita contra-

ctus

ctus in hac parte claudicet. Bar. in l. non dubium. num. 13. & 26. & ibi Iaſ. num. 9. C. de leg. Surd. deciſ. 102. num. 14. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. num. 9.

Quia præterquam quod aliqui ex Dominis ſentiebant, quod cum ex diſpoſitione dict.
6 conſtitutionis adnotatio fieri deberet à notario illius omiſſio potius imputanda ſit Fabio qui tractat de lucro captãdo quàm M. Antonio, qui agit de damno vitando, vt in ſimili tenuit Rota coram Achill. de Graſſ. deciſ. 1. in fin. de fid. inſtrum. fuit etiam dictum quod quatenus aliqua culpa in transferente conſiderari poſſet illa ſatis remanet punita eo ipſo, quod translatio per ipſum facta, ei non ſuffragatur, & ſocietas remanet ſub periculo vitæ prioris perſonæ ab ipſo nominatæ, cum preſertim nulla iuſtitia ſuadeat, quod ſocietas ſubſit periculo mortis perſonæ, tam primo loco, quàm etiam in traslatione nominatæ, atque ita vtriuſque, quod neceſſario dicend. foret ſi translatio eſſet, vt prætenditur in commodum transferentis nulla, & in ipſius præiudicium perfecta.

Nõ obſtat quod dato etiam quod dicta translatio ab initio fuerit nulla, cenſetur conualidata per aliam translationem poſtea factam in perſonam Illuſtriſſimi Domini Cardinalis
7 Burgheſij, quia actus ab initio nullus ex omiſſione formæ non poteſt per actus ſubſequentes, & immo etiam ex partium conſenſu conualidari, niſi forma fuerit ſpecifice adimpleta, glo. in c. ſtatutum, in verbo, committatur, & in cap. diſpendia, in verbo proceſſus, de reſcript. in 6. Bald. conſ. 283. in princ. lib. 4. Capic. deciſ. 9. nu. 17. Surd. deciſ. 122. nu. 3. & fuit dictum in vna Bononien. Dotis 1. Iulij 1615. coram R. P. D. meo Manzanedo, ac propterea donec non oſtendatur fuiſſe dictam translationem in margine inſtrumenti, prout requirit dicta Sanctiſs. D. N. Cõſtitutio adnotata ſemper remanet nulla ex ſupra deductis, &c.

R. P. D. LITTA.

Romana ſocietatis, ſeu partus. 6. Martij 1598.

SVMMARIVM.

1 Mulierem deceſiſſe ex cauſa par-

partus, probant duo testes contestes.

2 *Praesertim vbi sunt Medici, & illam curarunt.*

3 *Et quando eorum depositio ex alijs redditur verisimilis.*

DECISIO LXXII.

CVm hæc eadem causa fuisset proposita die 15. Decemb. præteriti, & Domini vidissent probationes, quibus nitebatur D. Franciscus Beninus, ei suffragari non posse, vt factas in alio iudicio, & inter alias personas ideo mandarunt illas seruatis seruandis repeti debere in hoc iudicio, quod cum postea factum fuerit, vnanimiter
1 Domini resoluerunt probari Dianoram ex causa partus obijsse, adsunt namque duo testes in hoc contestes qui regulariter in omni materia suffi-
2 ciunt c. in omni negocio de testibus, & l. vbi numerus, ff. eod. qui testes cum sint Medici, & ita in arte periti eamque curarunt in ipsa infirmitate tanto magis probant iux. tex. in c. significasti de homic. cum
3 alijs per Anchar. conf. 388. vltra quod eorũ depositio multũ verisimilis redditur tum ex fide firmata ab alijs Medicis qui similiter eius curæ astiterunt, tũ deniq; ex eo quod inter puerperium, & mortem septem dies tantum intercesserunt, vt alias consideratum fuit in illa Romana societatis 6. Iunij 1580. coram S. D. N.

ILLVS. CARD. SERAPH.

SVMMARIVM.

1 *Lucrari non potest pecunias, qui non subijcit periculo mortis.*

2 *Solutio fructuum ad 12. pro centenario non alia ratione sustinetur, quam propter periculum.*

3 *Illoque cessante resoluitur in mutuum.*

4 *Stante pacto resolutiuo in contractu societatis, non est locus lucro.*

5 *Cessante periculo vitæ fructus sine vitio vsuræ percipi non possunt, & percepti sunt computandi in sortem.*

6 *Societas quando dicatur ratificata.*

VOTVM LXXIII.

1 CErtum est eum, qui non subijcet periculo mortis, non

non posse lucrari fructus so-
2 cietatis, non enim alia ratione sustineri potest lucrum duodecim pro centenario quam propter mortis periculum, & ideo
3 eo cessante contractus resoluitur in mutuum, & quicquid exinde percipitur, est feneratitium in casu proposito propter
4 pactum resolutiuum in contractu societatis certum est neque officialem, neque dominum Anibalem, qui recognouit bonam fidem potuisse lucrari sortem per obitum Domini Boetij Ciuitellæ, vt fuit resolutum coram me in causa Romana 2000. quam decisionem Rota in alijs causis sequuta fuit. Ces
5 sante itaque periculo amissionis sortis cessat etiã fructuum præstatio: nam exigens tales fructus incideret in prauitatem vsurariam de iure punibilem, & detestandam, & si fructus soluti fuissent, venirent computand. in diminutionem sortis principalis.

Iure itaque non potest Dominus pecuniarum quicquam exigere pro fructibus si non subijcit periculũ amissionis suarum pecuniarum in euentum mortis, & si aliter diceremus, esset aperire viam vsurariæ prauitati, vt quis possit lucrari absq; periculo amissionis suarum pecuniarum. Hunc casum hodie proposui per modum consulationis in Rota, & Reuerendiss. Domini mei censuerunt fructus exigi non posse, & sibi imputet pecuniarum dominus, si non ratificauit expressè societatem cum illis fideiussori-
6 bus qui accesserunt, verum quia si exegerit fructus secundi semestris, iure videretur facto ratificasse societatem, & hoc casu subiaceret periculo amissionis per mortem, & in consequentiam posset etiam fructus exigere. Et ita de facto interrogatus ex sententia Dominorum meorum de iure respondendum censeo, &c.

R. P. D. MANZANEDO.

Romana pecuniaria Mercurij 11. Decembris 1613.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex reuolutione actorum iustificatur.*

2 *Executio instrumenti vallati obligatione camerali non debet retardari.*

3 *Fiscus acquirit ipso iure, et absque*

que apprehẽsione dominium bonorum publicatorum.

4 *Societas finitur per bonorum publicationem.*

5 *Societatis lucro non est locus si mors superueniat societate finita.*

6 *Solemnitates non requiruntur in contractu minorum quando contractus est vtilis ipsi minori.*

7 *Solemnitates non requiruntur quando minor contrahit ex causa necessaria.*

8 *Curator potest transigere quando res est valde dubitabilis.*

9 *Restitutio in integrum non retardat executionem iam cœptam per relaxationem mandati.*

DECISIO LXXIV.

Visum fuit Dominis mandatum A. C. esse exequendum, cum de eius validitate
1 constet in actis, ex quorum reuolutione regulariter probatur validitas sententiæ, vt fuit dictum in vna Anconitana separationis thori 9. Ianuarij 1610. coram Illustrissimo Lancellotto, & de eius iustitia appareat ex eo, quod fuit relaxatũ mandatum in vim publici instrumenti societatis scut. 1212. Initæ cum filijs Piccinardi de anno 1608. per D. Ducem S. Gemini Curatorem D. Marchionis à Cornea in renouationem primæ scut. 1700. contractæ de anno 1605. per bo. me. Abbatem Cesarem à Cornea cum
2 Piccinardo, cuius quidem instrumenti exequutio retardari non potest, cum sit Camerali obligatione vallatũ, Gabr. cons. 67. num. 8. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 17. num. 5. Gallesi. de form. oblig. Camer. partic. 1. q. 2. numer. 11. & 12. Rota diuers. decis. 741. num. 1. part. 1.

Non obstat, quod dicta societas scut. 1700. esset superlucrata per mortem Piccinardi;
3 quia eo ipso, quod per sententiam eius bona fuerunt publicata, illorum dominium trãsiuit ipso iure in fiscum absque vlla appræhensione, Bart. in l. 1. §. an bona, ff. de iure fis. Raphael. Cum. cons. 32. numer. 2. Ruin. cons. 31. num. 3. & sequ. lib. 4. Franc. Luc. de fisc. & eius priuil. par. 1. num. 92. & par. 2. in tit. de public. bon. in fi. Ang. in tract. de malefic. in verb. eius bona, vers. & nota Boss. in titulo
4 de public. num. 25. Pereg. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 52. & socie-

societas remansit dissoluta, §. publicatione.instit.de societ. & l. actione, §.publicatione, & l.
5 verum,§.fin.ff.eodem. Vnde adueniente morte naturali post finitam societatem, & postquã sors principalis illius transiuerat in fiscum illa superlucrari non poterat,Gabr.cons.78.numer.1.lib.1.

Nec ad rem facere visum fuit decisio in causa Romana societatum 16. Aprilis 1612. coram Reuerendissimo Damasceno, quia illa est restricta tantummodo, an mors de qua ibi esset naturalis, vel violenta ad effectum, vt fieret locus pacto de superlucran.societatem, de quo articulo hodie hic non agitur.

Minus obstat, quod in contractu renouationis non fuerint adhibitæ solemnitates statutariæ, cum illæ non requirerentur
6 tur. Tum quia dicta renouatio fuit vtilis minori, cum in ea ex gratia Sanctissimi fuit illi remissa tertia pars debiti, Roman. cons. 453. in princ. Socc.cons. 160.nu.12.& 17. lib.2. & fuit dictum in vna Romana legati 22. Iunij 1607. coram me;
7 Tum etiam quia fuit facta ex causa necessaria. Ias. in l. si vnus, §.pactus ne peteret.n.29. ff.de pact.Gabr.cons.20. n.43. & 50.lib.2.Put.decis. 105. numer.3.lib.1.Caput.decis.193. in fin.parte 3. & fuit resolutum in vna Imolen. contractus dotis 18. Ian.1610. coram me, nempè pro quo ipse minor tanquam illius hæres sine benef. leg. & inu. remanebat obligatus;cum non fuerit superlucrata, vt supra demonstratum est;
8 vel hoc esset satis dubium, quo causa benè potuit Curator trãsigere.Abb.cons.39.n.1.vol.1. Natt. cons.45. num.5. Rolan. cons.76.nu.4.vol.1.Borgn. de tut.& cur.num.55.

Nec facit quod D. Marchio obtinuerit restitui aduersus omissam inuentarij confectionẽ,
9 quia restitutio nõ retardat executionem iam cæptam per relaxationem mandati, de cuius executione nũc agitur, ex notatis à Rip.in l.4. §.condemnatum, n.30. vers.aliquando petitnr restitutio, ff. de re iudic. Alex. cons.223. num.6. lib.6. Put.decis.285.lib.2.Cæs. de Grass.dec.1.num.19.de rest. in integr. & fuit dictum in vna Asarien.beneficij 4.Iun.1612. coram me. Vltra quod dicta restitutio nihil operatur, nam

etiam illa admissa D. Marchio tenetur ex proprio contractu, cum post aditionem ipsemet dictam renouationē fecit mediante persona sui Curatoris, Dec.cons.300.num.8.

Non obstat denique, quod renouatio societatis non fuit ratificata per dd. filios Piccinardi cum de contrario constet ex cessione scut. 800. istius societatis pro rata D. Gauotto facta, ex qua dictam renouationem facto ratificasse videntur, maxime quia re integra vigore dictæ renouationis ipsi egerunt pro recuperatione sortis principalis, & in omnem euentum huiusmodi defectus ratificationis operaretur ne fructus ad rationem 12. peti possent, non autem ne sit restituenda sors principalis, quam eorum Pater soluit, & pro qua solummodo fuit relaxatum dictum mandatum, quod Domini ex supradictis esse exequend. resoluerunt, &c.

R.P.D. MANZANEDO.

Romana pecuniaria. Lunæ 17. Februarij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Societas an transiet in Fiscum cum suo onere causa & conditionibus quibus in damnato residebat.*

2 *Societas per publicationem bonorum remanet dissoluta, & ideo non est locus lucro si superueniat mors illius super cuius vita currebat.*

3 *Societas potest finiri durante tempore pro quo fuit inita.*

DECISIO LXXV.

IN decisis stan. esse Domini dixerunt, nempè mandatum A. C. esse exequen. cum fuit relaxatum in vim publici instrumenti, & obligationis Cameralis, & ex alijs adducti in decisione.

1 Nec obstare videbatur, quod societas transeat in fiscum cum suo onere, & causa, & conditionibus, quibus in Piccinardo damnato residebat, l. in facto, §. fiscus, ff. de cond. & demonst. l. cū fisco, ff. ad Syll. l. res quæ, §. res ff. de iure fisc. & sic per mortem Piccinardi debeat officialis superlucrari societatem. iux. modern. Fanen. de societ. c.39. nu.8. Respondetur enim, quod decisio nullatenus firmat societatem per publicationem bonorum transiuisse in fiscum, quo

2 quo causa forsan potuisset ratio contraria applicari, sed firmat, quod sententiam publicationis dominium bonorum transiuit in fiscum, & quod societas per d. publicationem remansit dissoluta, iux.tex. express. in §. publicat. instit. de societ. & in l. verum, §. fin. & in l. actione. §. publicat. ff. eod. Vnde dissoluta societate per publicationem non potest societas iam extincta, & quæ non est transire in fiscum, sed tantummodo actio pro cōsequen. pecunijs datis in societatem, & sic decisio infert, quod adueniente morte naturali Piccinar di post finitam societatem nempe post publicationem, & postquam d. sors principalis illius transiuerat in fiscum illa superlucrari non poterat cum ante mortem fuisset iam extincta & dissoluta, iuxta cons. Gabr. 78. nu. 1. lib. 1. Nec ex eo quod Piccinardus illam disdicere non poterat intra semestre, sequitur, quod nec etiam dissolui potuit per d. publicationem
3 cum societas possit finiri etiam durante tempore pro quo fuit inita, Alex. cons. 34. numer. 4. lib. 2. Corn. cons. 310. sub n. 3. lib. 4. Dec. cons. 213. in prin.

Ad alia vero quæ exaduerso adducuntur fuit responsum in decisione.

Vnum tantū videbatur DD. posse pati aliquam difficultatē nempè nō interuenisse in transactionem D. Marchioni; Vnde an hoc obstet supradictæ resolutioni dixerunt, quod particulariter videretur.

R. P. D. CORDVBA.

Romana releuationis indemnitatis 26. Iunij 1598.

SVMMARIVM.

1 ***Pecuniar quis non facit suas nisi interueniat titulus sufficiens ad translationem dominij.***

2 ***Fideiussor soluendo ex pecunijs principalis debitoris nullum ius acquirit cum confideiussorem.***

DECISIO LXXVI.

Quia R. P. D. Stuphi prætendebat pecunias solutas in cassato, qui cesserat iura sua R.P.D. Aremboldo, de tempore solutionis non fuisse D. Aremboldi proposito

posito super hoc dubio fuit tẽtum negatiue nemini est dubium quod initio erant R. P. D. Gemnarij, quia fuerit de acceptis in societatẽ cuius bonam fidem recognouerat. Idem D. Gemnarius, & ideo effectus dominus illarum quamuis tamen fuerat conuentum quod dictæ pecuniæ consignarentur D. Arcimboldo, vt soluendo primam societatem obtineret cessionem iurium aduersus D. Stupham, & hoc non potest inferri quod fecerit pecunias suas de tempore solutionis nullo interueniente titulo inter
1 Arcimboldum, & Gemnarium sufficienti ad translationem dominij cum traditione .l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. l. si ager. ff. de rei vendic. l. traditionibus. C. de pactis. vbi Doct. præsertim Franc. Curt. numer. 3. 6. & 8. Lud. Ozad. num. 1. Caputaq. decis. 280. num. 2. par. 1. cum ergo cessio vere fuerit acquisita cum pecunijs ipsius D. Gemnarij principalis debitoris da-
2 tis ad hunc finem non suffragatur D. Arcimboldo contra confideiussorem, Dec. cons. 99. in principio, quia ille non fuit passus damnum soluens primã societatem non ex proprijs pecunijs, sed ex his quę per principalem debitorem fuerunt cõsignatæ ad hunc effectum, vt deponunt testes examinati dicentis quod solutio fuit facta de pecunijs secundæ societatis, quæ ratione recognitionis bonæ fidei spectabant ad D. Gemnarium, & ipse illas dedit ad effectum soluendi primam societatem, maxime quia Ximenez posuit dictas pecunias in banco ad creditum bo. mem. R. P. D. Campi, & nomine illius, & Arcimboldi fuit facta solutio in cassato, & ab eo vtrique facta cessio, quæ repugnant prætensæ translationi dominij in D. Acrimboldum, &c.

In eadem coram eodem.

Romana releuationis indẽnitatis. Lunæ 2. Martij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Soluens de pecunijs principalis debitoris non potest reportare cessionem contra fideiussorem.*

2 *Fideiussor repellit creditorem exceptione cedendarum, quan-*

quando cedere nō potest iura contra principalem debitorē.

DECISIO LXXVII.

FVit resolutum confirmandam esse sententiam latam per Illustrissimum Cardinalem Blanchettum, quia non fuit trãslatum dominium pecuniarum in R. P. D. Arcimboldum ex deductis coram me in resolutione facta in hac causa 26. Ianuar. præteriti, ac inde per solutionem pecuniarum principalis debitoris, per quam fuerat extinctum debitum, & obligatio fideiussorum D. Arcimboldum non valuisse reportare
1 validam cessionem ab incassato, contra R. P. D. Stupham fideiussorem. l. omnes. ff. de except. §. fin. institut. eodem
2 Immo excluderetur exceptione cedendarum actionum, quas D. Arcimboldus contra principalem debitorem cedere non potuisset, & sic intrat decisio facta coram bo. mem. Oriolen. 22. Iunij 1577. in causa Aquilana releuationis indẽnitatis, quæ est diuers. 113. par. 1. quidquid dicendum esset cum pecunia alterius tertij, vt loquitur Dec. cons. 99.

Præterea non poterat agere contra D. Stupham ratione releuationis indemnitatis, quia nullum videtur passus damnum occasione dictæ primæ societatis extinctæ cum dictis pecunijs D. Gemnarij principalis debitoris, qui recognouit bonam fidem dictæ societatis, & quamuis postea D. Arcimboldus soluerit secundam, hoc tamen non est referendum ad primam, cum in secunda societate nulla fuerit facta protestatio, vel reseruatio anterioris hypothecæ, vt requirebatur, & facere potuisset.

Non obstabant tractatus, & coniecturæ quæ deducebantur: nam non probabatur tractatum, quod transferretur dominium pecuniarum in D. Arcimboldum solum enim testes deponunt fuisse actum, vt pecuniæ ei numerarentur ad effectum, vt soluendo incassato acquireret cessionem quod ex supra deductis fieri non posset.

Secũdò, executio dict. tractatus minus probabatur, quam de solutione non constabat ex Ximenez consignauit dictas pecunias in banco ad creditum bo. mem. D. de Campo, non ergo voluit quod dictum dominium

minium transferretur in solum D. Arcimboldum maxime cum nomine vtriusque fuerit facta solutio incassato, & ab eo vtrique facta cessio quæ omnia repugnant prætensioni D. Arcimboldi. Ias. in l. post dotem num. 78. vers. Limita quando. ff. solut. matrimon. Alciat. de præsumpt. regula 2. præsumpt. 24. num. 4.

Minus releuabat quod dicitur D. Arcimboldum fuisse passum damnum vigore secundæ societatis, quia D. Stupha obligauit se solum in prima, quæ cum fuerit extincta per solutionem, & ipse liberatus extitisset ad eum non spectat damnum prouentum D. Arcimboldo ratione secundæ societatis, &c.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana societatis officij.
Lunæ 9. Aprilis 1612.

SVMMARIVM.

1 *Contractus celebratus sub aliqua conditione, illa non adimpleta corruit.*

2 *Dictio, interim, non excedit tempus cui subijcitur.*

3 *Inclusio vnius temporis est exclusio alterius.*

4 *Interpretatio quæ inducit correctionem incontinenti non est admittenda.*

5 *Obseruantia subsecuta est optima interpres voluntatis.*

6 *Obseruantia est efficax iudicium ad declarationem rei dubiæ.*

7 *Verba debent inseruire intentioni proferentis, non intentio verbis.*

8 *Equalis debet esse cōditio contrahentium.*

DECISIO LXXVIII.

FVerat facta societas officij scut. 300. ad fauorem Francisci de Andrais duratura ad sex menses, & deinde ad beneplacitum super periculo vitæ, personæ seu personarum ab eodem Francisco in ratificatione infra 15. dies nominandarum, & interim si non nominauerit super periculo vitæ ipsius Francisci non fuit facta aliqua nominatio infra dd. quindecim dies, sed Franciscus qui ab initio fructus primi semestris iuxta stylum retinuerat per plures semestres continuauit exigere fructus, & postea mortuus est, du-

dubitatur An propter eius mortem Carabellus debitor superlucratus esset societatem prædictam & causa introducta coram A. C. cum fuisset petitum votum Rotæ causa per me proposita Domini dixerũt Carabellum fuisse superlucratum sortem principalem, & propterea non esse locum illius restitutioni.

Nec placuerunt deducta pro parte hæredum Francisci quod scilicet societas fuerit contracta super periculo vitæ personæ nominãdæ infra quindecim dies,& interim super periculo vitæ ipsius Francisci, ex quo inferebatur quod non secuta nominatione stante præteritis quindecim diebus socie-
1 tas expirauit ex illa communi conclusione quod contractus celebratus sub aliqua conditione illa nõ adimpleta corruit, ad tradita per Alex. in l. pecuniam,nu.4.ff. si cert. pet. per illum text. & per l.necessario, ff. de peric. & comm. rei vendic. Item quod dictio, interim, non
2 excedit tempus, cui subijcitur, l.qui ad certum.in ver.interim, ff.loca.l.libertus, §.in quæstionibus. in vers.interim, ff. ad mu-
3 nicip. & quod inclusio vnius temporis est exclusio alterius, l. imperator, ff. de postuland. Paris. cons. 68. num. 104. cum alijs adductis per Moder.in tract. de societ. offic. cap.8. n.25.& 26.

Nam respondebatur, quod licet verba præfata possint recipere dictam restitutionem, tamen possunt etiam recipere aliam interpretationem,nempè quod interim non facta nominatione durantibus sex mensibus postea ad benelacitum societas remaneat super periculo vitæ ipsius Francisci, & hæc interpretatio magis placebat Dominis tanquam verisimiliter magis consona, & conformis voluntati contrahentium ex pluribus, & primo; quia societas fuit contracta ad sex mẽses, & pro illis anticipatè fuerunt soluti fructus, vnde colligitur quod animus contrahentium fuit, vt societas omninò duraret per totum integrum tempus sex mensium non autem per solos quindecim dies: nam alioqui induceretur, correctio incontinenti inter ipsas partes si admitteretur ea interpretatio,vt immediatè post factam societatem ad sex menses restringeretur ad quindecim dies,quę interpretatio omninò

exclu-

4 excludenda est.c. cumexpediat de electio.in 6. Dec.cons.538. num. 14. Gemin. cons.88.in fi. vers.item cum Papa.

5 Secundo ponderabatur obseruantia subsecuta optima interpres voluntatis ipsarum partium, ad not. per illum tex. in l. si de interpretatione, ff.de leg. c. cum dilectus. de consuetud. Becc.cons.96. num. 14. Gabr. cons. 196.num.6.lib.2.Menoc. cons.101.num.167.lib.3.Cæs. de Grass.decis.10.num.7. de
6 præben. & obseruantia dicitur efficax iudicium ad declarationem rei dubiæ, Aym.cons.101. num. 49. Talis autem obseruantia erat clara cum fuerint exacti fructus plurium semestrium postea decursorum.

Stante igitur hac verisimilitudine placuit Dominis hæc interpretatio etiam quod verba alio modo strictè possent intel-
7 ligi, verba enim debent inseruire intentioni proferentis, & non intentio verbis, c. humanæ aures 22. quæst. 5. c. secundò requiris. de appellat. Intentio autem contrahentium ea fuit, vt societas duraret ad sex menses non autem ad quindecim dies, vt supra dictum est.

Tandem ponderabatur absurdum, quod sequeretur admissa illa prima obiecta interpretatione: na contractus claudicaret, quia esset in potestate illius tantum, qui dedit pecunias, facere quod societas duraret, vel per 15. dies tantum, vel per sex menses, nominando vel non nominando personam super cuius vita periculo
8 societas consisteret, conditio autem contrahen.semper debet esse æqualis. l. si id quod §.vlt. ff. de rescind. vend. l. pen. in fin. c. com. diuid. & præsertim in societate. l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. l.vltim. C. comm.vtr. iud.§.illud quoque. auth. de nupt. societas enim habet ius quoddam fraternitatis. l. verum. ff. pro soc.& tanto magis placuit hæc opinio, quia in valde similibus terminis ita aliàs Rota resoluit in vna Romana societatis officij 19. Aprilis 1602. coram Illustrissimo D. meo Cardinale Lancellotto.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana societatis.
Veneris 16. Nouembris 1612.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in abortu decedens*

etiam

etiam si praecessit febris ex abortu dicitur mortua.

2 *Causa proximior, & vehementior attendenda est.*

3 *Quod est causa causae dicitur causa causati.*

4 *Mors attribuitur vulneri etiam quod post vulnus superueniat spasmus.*

5 *Mortem contigisse ex aliqua causa affirmans id probare debet.*

6 *Peritis in arte standum est.*

7 *Medicis qui interuenerunt in curan. infirmitate magis credi debet quam aliis.*

8 *Interpretatio in dubio fieri debet ad fauorem eius qui tractat de damno vitan. non ad fauorem eius qui agit de lucro captando.*

DECISIO LXXIX.

FVit alias facta societas officij scutorum 600. in fauorem D. Francisci Contarelli super officio Militis Lilij Sfortiae Locatelli, in qua recognouerunt bonam fidem Boccardinus, & Bonetallus super periculo vitae D. Ioannae Cantarellae, excepta partus, & praegnantiae causa, quae Ioanna post aliquot annos nupsit, & facta est praegnans, & in quinto mense praegnantiae passa est renum dolores deinde correpta fuit febri, & morbillis, & in die 14. infirmitatis fecit abortum cum magna sanguinis effusione, & post septem horas mortua est.

Cum autem Contarellus de dicta societate cepisset agere pro restitutione sortis, & solutione fructuum coram A. C. contra debitores societatis, & instaret pro mandato executiuo, & ipsi excepissent de lucro tanquam D. Ioanna non ex causa abortus, sed febris, & morbillorũ decessisset D. A.C. voluit consulere Rotam, & proposito per me dubio, An sit locus petito mandato, vel lucro pecuniarum in casu, & ad effectum de quo agitur Domini sub die 20. Iunij pręteriti non fuerunt concordes. Causa autem iterum per me proposita die 16. Nouembris. Pro maiori parte censuerunt esse locum mandato non autem lucro pecuniarum cum enim tota difficultas reduceretur ad illud, An dicta mulier censeatur decessisse ex causa abortus, An vero ex febri, & morbillis,

Domini valde mouebantur ex decisione aliàs facta in causa

sa Romana societatis 27. Iunij 1569. coram bo. me. Oradino, cuius decisionis casus videbatur valde similis casui proposito. Nam ibi illa mulier passa erat multa incommoda occasione prægnantiæ, & postea febris superuenerat, & demum abortus, & mors. Et nihilominus Rota tunc resoluit mortem
1 fuisse tribuendam abortui, & prægnantiæ, non autem febri, per text. in l. hinc scripturæ. §. si seruus. ff. ad l. Aquil. qui text. videbatur valde in terminis. Nam ibi constabat seruum lethaliter vulneratum, & tamen post vulnus superuenerat naufragium, ex quo obierat. Et deciditur ibi non posse agi de occiso contra vulnerantem, quia præsumitur mortuus ex secunda causa vrgentiori videlicet ruinæ & naufragij, & nihilominus ibi cõstabat seruũ fuisse lętaliter vulneratũ. Vnde applicando ad casum nostrum licet præcessissent febris, & morbilli. Tamen superuenit postea abortus cum maxima sanguinis effusione, qui sine dubio lethalis fuit vt
2 docuit euentus, & ideo hæc causa tanquam proximiori & vehementior attendenda est, vt in d. §. si seruus. Præsertim cum appareat, partes enixe voluisse excipere huiusmodi causam partus, & prægnantiæ, quam geminate expresserunt, vt apparet ex verbis instrumenti argumento. l. balista. ff. ad trebellian. cum simili.

Nec videbatur obstare quod febris potuerit causare abortũ & ideo mortem post abortum secutam attribuendam esse febri tamquam primæ causæ ex
3 reg. vulgari quod quicquid est causa causæ est causa causati. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. Bald. in cons. 237. versic. nam quando. lib. 2. vt in simi-
4 li si post vulnus illatum superniat spasmus, & mors tũc mors attribuitur vulneranti. Bald. cons. 328. vers. item an propter vulnus eo. lib. 2.

Nam placebat respõsio causam febris, & morbillorum in præsenti causa esse æquiuocam & potuisse gignere, & non potuisse hunc effectum abortus vt experientia docet, & cum ex depositionibus testium vltimo loco examinatorum appareat D. Ioannam antequam superueniret ei febris passam fuisse dolores renum cũ periculo abortus, non poterat dici abortũ

fuisse

fuisse secutum ex febri. Neque faciebat obstaculum simile allegatum de spasmo. Quia ibi certum erat spasmum non potuisse contingere nisi ex vulnere illato, & ideo mors attributa fuit vulneri ad trad. per Menoch. de arbitr. casu 275. n. 7.

Accedebat præmissis, in præsenti casu adesse duos morbos febrium videlicet cum morbillis. & abortum cum accidentibus supra narratis. Vnde
5 qui dicit mulierem hanc esse mortuam ex febri id probare debet, vt in similibus terminis fuit dictum in Romana causæ partus 6. Iunij 1580. coram fel. record. Clemente VIII. quæ est 701. par. 1. diuers. illa enim magna sanguinis effusio non potest attribui febri, sed abortui cuius est immediatus effectus, & ideo exitus acta probat vt in dicta decisione.

Preterea fiebat vis in iudicio Medicorum, qui mulierem hanc curarunt, & formiter examinati deponunt eam obijsse
6 ex abortu quorum dictis tanquã in arte peritis standum est. l. septimo mẽse. ff. de stat. hom. l. 1. ff. de ventr. inspic. Boer. decis. 323. num. 21. Bald. dict. cons. 237. & cons. 238. lib. 2.

Et licet pro altera parte inducantur, & alij medici tamen
7 videtur potius esse standũ iudicio illorum, qui infirmitati, & curæ interfuerunt, vt fuit consideratum in dict. decis. Rom. causæ partns in fine, & fuit dictum in Bonon. professionis 9. Decembris præteriti coram R.P.D. meo Vbaldo.

Tandem Domini valde mouebantur ex eo, quia negari nõ potest, quin res sit dubia propter concursum Medicorum, & testium varie deponentium, & propter difficultatem huius probationis, ex quo morbo mulier decessit, quo casu Rota benigniorem interpretationem solet amplecti, videlicet fauore
8 illius qui agit de damno euitando contra illum, qui agit de lucro captando, vt fuit in his terminis dictum in dicta Romana societatis coram Oradino, & ita decisum fuit pro maiori parte, &c.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana societatis officij.
Ven. 8. Martij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Mors præsumitur processisse ex ve-*

vehementiori morbo quando quis plures morbos passus fuit.

2 *Mulier magis præsumitur ex abortu subsecuto obijsse quã ex febri pracedenti cum abortus ex se dicatur causa babilior ad mortem inducendam.*

3 *Mors censetur processisse ex causa superuenienti non ex prima causa quando causa superueniens non permisit an mors contigerit ex prima causa.*

4 *Causa media non debet attendi, sed vel prima, vel vltima.*

DECISIO LXXX.

QVia Boccardinus, & litis consortes non acquiescebant decisioni factæ in hac causa die 15. Nouembris proximè præteriti iterum proposui dubium super ijsdem, & Domini, prout etiam alias pro maiori parte steterũt in decisis.

Nec videbatur obstare responsio data decisioni in causa Romana societatis 27. Iunij 1569. coram bo. me. Oradino cuius fundamenta alias Domini amplexi sunt in præterita resolutione, quia similiter in casu dict. decisionis mulier illa passa erat multa incommoda ante febrim, & erat male disposita in præsenti vero casu initium morbi videtur esse à febri, quia totum contrarium probatur ex depositionibus testium nouissimè examinatorum qui deponunt D. Ioannam valde fuisse perturbatam doloribus renũ, & stomachi antequam superueniret febris, & morbilli.

Præterea placebat Dominis fundamentum, quia cum in hoc casu adessent duo morbi, scilicet febris & morbilli ex vna parte, & abortus cum maxima sanguinis effusione ex altera parte mors videtur 1 ascribenda causæ, & morbo vehementiori vel saltem confunditur, & obscuratur prima causa, de qua erat dubium, An posset inferre mortem necne, hæc est doctrina Butr. in c. ad audientiam. num. 3. de homic. quem refert, & sequitur Cephi. cons. crim. 40. num. 21. qui videtur esse casus noster. Nam cum præcesserint febris & morbilli, de quibus erat dubium, An posset inferre mortem cum aliqui testes deponant, quod non erant malæ conditionis super-

peruenit postea abortus & maxima sanguinis effusio quæ vel mortem attulit, vel accelerauit secundum Physicos, vt per eumdem Cepol. num. 27. Ideo
2 hic abortus cum sanguine tanquam causa superueniens habilis ex se ad mortem inducendam confundit, & obscurat vires primæ causæ febris & morbillorum de qua erat dubium An ad mortem potens existeret vt sunt verba Butrij.
Confirmabantur prædicta, quia in l. huic scripturæ §. si seruus. ff. ad l. aquil. qui text. in decis. Oradini, & in alia decisione facta in hac causa allegatur ea videtur esse ratio cur mors tribuatur naufragio vel ruinæ superuenienti non autem vul-
3 neri præcedenti, quia causa superueniens non permisit discerni An vulnus quamuis lethale esset mortem illaturum. Vnde simili ratione hic abortus superueniens non sinit discerni an febris & morbilli essent allaturi, mortẽ ideo mors potius est attribuen. abortui.

Et tanto magis, quia hic habemus prægnantiam ab initio malam cum doloribus renum; & stomachi, quæ continuauit, vt testes deponunt. Habemus in medio tempore febrim, & morbillos, & demum abortum, quare si velimus attendere primam causam erit mala prægnantia cum doloribus, siue vltimam, & erit abortus.

4 Media autem febris & morbillorum non erit attendenda. l. sed & si. §. solemus ff. de hæred. instit. faciunt tradita per Tiraquel. in tract. cessante causa limit. 20. num. 19.

Placuit etiam ratio in præfatis decisionibus considerata quod scilicet in hac confusione, & dubietate probationum ea sumeretur interpretatio, quæ faueret D. Contarello agenti de damno euitando contra Boccardinum & alios agentes de lucro captando.

Et ita pro maiori parte resolutum fuit, &c.

R. P. D. CAVALERIO.

Romana pecuniaria 26. Nouembris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Dominium pecuniarum captarum ad societatem officij acquiritur contrahentibus.*

2 *Periculum quandoq; spectat ad eum qui non est dominus rei amissæ.*

3 *Exceptio lucri societatis competens principali debitori cōpetit, & fideiussori.*

4 *Fideiussor repellit creditorem exceptione cedendarū quando creditor non potest cedere iura contra debitorem principalem.*

5 *Declaratio facta quod societas sit facta commodo & incommodo principalis debitoris prodest etiam fideiussoribus.*

DECISIO LXXXI.

1 LIcet Dominium pecuniarum captarum ad societatem officij secundo loco à Dominis Garzonio, & Lilio fuerit ipsis solis acquisitum tanquam contrahentibus.l.stipulatio ista §.alteri.in princ.ff.de verb.oblig.l.qui admittitur.cum duabus.ll.seqq. ff.pro socio tamen quia hæ secundæ societates erant factæ pro extinguenda prima, in qua Domini Vrsini bonam fidem recognouerant, & quia prædicti Garzonius, & Lilius declarauerant commodum,& incommodum ipsarum spectare ad Vrsinos Domini pro certo habebant neque partes contradicebant commodum scutorum 300. ex his secundis societatibus superlucratorum spectare ad ipsos Vrsinos, licet non essent Domini

2 pecuniarum cum non sit absurdum, vt aliquis non sit Dominus sortis, & tamen periculum sentiat ex relatis per Menoch. cons. 122. num. 45.

Cum igitur huiusmodi lucrum cederet commodo Vrsinorum, qui erant principales

3 debitores consequenter cedebit etiam cōmodo Petri Grossi confideiussoris in prima societate per regulam l. omnes exceptiones. ff. de except.

Nec poterant Garzonius, & Lilius denegare huiusmodi lucrum pro sua rata Petro Grosso contra quem seù Orphanos eius successores egerant vigore cessionis quam reportauerant à Seuerolo Domino prædictæ

4 societatis, quia excludebantur exceptione cedendarum cum non possent cedere Orphanis iura contra Vrsinos quorum commodo pecunias fuisse lucratas non negabant.

Sed benè concludebant Domini quod licet hæc scuta 300. cederent in diminutionem societa-

cietatis etiam ad commodum Grossi, seù successorum debebant tamen deduci damna, & interesse, quæ Domini Garzonius,& Lilius occasione secundæ societatis passos esse probabunt, prout tenerentur Vrsini principales debitores de tali lucro participantes, & sic tàm in ipsis Vrsinis principalibus quam in Grosso fideiussore, verificabitur illa declaratio facta quod hæ pecuniæ secundæ societatis cedebant commodo, & incommodo Vrsinorum per regulam d. l. omnes exceptiones, &c.

F I N I S.



INDEX DECISIONVM

quæ in hoc opere continentur.

M iii Rom.



INDEX MATERIARVM LOCVPLETISS. ORDINE ALPHABETICO DISPOSITVS.

D

E

Pro-

In-

Intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis loco fructuum finita ſocietate non debetur niſi probetur vere iuxt. doctrinam Caſtr. deciſ.7. num. 30.

Nec ad illud obtinendum ſufficit proteſtatio quod intendit inueſtire in bonis quæ habet præ manibus. ibidem num.4.

Dictaq; proteſtatio non dicitur legitimè facta per Procuratorem non habentem ſpeciale mandatum. ibidem, num.5.

Et ad dicendum contra dictam proteſtationem requiritur citatio perſonalis. ibid. nu. 6.

Ad effectum obtinendi intereſſe non ſufficit probare quod creditor voluerit emere ex pecunijs ſibi debitis; ſed quod ob illorum non ſolutionem non potuerit. ibid. num.8.

Nec ſufficit ſola mora ſed debent concurrere alia requiſita iuxt. opinionem Rotæ. ibid. nu.10.

Non probatur ex potentia propinqua lucrandi. deciſ.42. n.2.

Nec ex qualitate loci. ibid. nu.3.

Ad illud obtinendum requiritur quod tempore interpellationis debitoris creditor haberet certam occaſionem pecunias inueſtiendi. deciſ.42. num.4.

Ab initio conuentum in hac ſocietate non debetur. ibid. nu.5.

L

Liber priuatus memorialium nō probat in præiudicium tertij. deciſ. 12. num. 13.

Partita librorum Banchi non probant pro tertio contra tertium. deciſ. 57. num.8.

Lucro pecuniarum non eſt locus ad fauorem illius qui non dedit fideiuſſores promiſſos. dec. 5. n.2.

Nec per obitum ante finem ſemeſtris ſi ſocietas per ſpōtaneam reſtitutionem fuerat diſſoluta. deciſ.13. nu.1.

Nec ſtante pacto reſolutiuo in caſu non dationis fideiuſſorum. deciſ.21. num.1.

Et generaliter ſtante non implemento. ibidem num.2.

Proueniens ex ſecunda ſocietate contracta pro extinctione primæ ad quem. deciſ. pertineat, 22. num. 1. & dec.23. nu.1.

Quid ſtante declaratione ad commodum & incommodum principalis debitoris. deciſ.23. n.3.

An illi ſit locus muliere decedente ex cauſa partus. deciſ. 33. num.1.

Et quando dicatur decedere, & partu. ibidem num.2.

In dubio ad euitandum lucrum præ-

Quan-

Eo-

Pro-

Con-

FINIS.